Grego. — plitudīs q̄ p̄t cōp̄rehēdere incōp̄rehēſibilē. Et q̄a ita ampla ē. ab alia re q̄ȝ a deo
Bern. — nō p̄t impleri. Uñ dicūt gregori⁹ et btūs bern̄. Aīam dei capacē q̄cq̄d eo minus
eſt nō implet. Alio autē reſpectu tā anguſta ē. q̄ in ipa deū cum diabolo. vl̓ diabo-
lum cū deo impoſſibile ē hoſpitari. q̄a nō eſt ɔuentio chriſti ad belial. ij. Chor. vi.
Iſa. xxviij. [Coanguſtatū ē ſtratū] i. anima ī qua cubo et habito. [ita vt alter de-
cidat] chriſtus. ſ. ſponſus. vel diabolus adulter. Ideo de ſpōſo ſuo dicit fidel̓ ſpō-
ſa Canti. ij. Dilectus me⁹ mihi. et ego illi. Quaſi diceret. gallice. Il me vent auoir
Aug⁹. — tos ſeus et ie ne vuel autre de lui. Aug⁹ de chriſto et aīa fideli. Ideo tanti emit vt
ſolus poſſideret. [Fecit ſibi] q̄a ſolus vult in aīa hoſpitari ille cui⁹ delicie ſunt eſſe
cum filijs hominū. Parab. viij. [Fecit ſibi] et h̄ ī plaſmatōe corp̄is. et infuſiōe aīe.
[Rex ſalomō] ſine cui⁹ gr̄a nemo p̄t regnū ſuū regere. i. ſeip̄m. de q̄ regno dicitur.
Regnū dei intra vos ē. Lu. xvij. [Thronū de ebore] Ebur os elephātis pelle ca-
rens et carnib⁹. durū et ſolidū ꝛc̄. Hec ē p̄fecta et vera ɔtinētia veri clauſtralis. c

Iuſtus ebur

Sine pelle. i. t̄palīū poſſeſſione. Unde. Turbabunt pelles terre madian. Sit etiā
ſine carne. i. ſine carnali affectu.
Firmū. p̄ p̄poſitū caſtitatis et voti obſeruandi.
Solidum. contra temptamēta diaboli.
Sine cute. i. exteriori apparētia. et nitore corp̄oreo. vl̓ cultu ſup̄fluo.
Sine carne p̄pria. domeſtica. aliena. vt ſit bene excarnatus. vt in eo poſſint inſcri-
bi vt in p̄gameno mandata dei.
Sine pelle. ſ. ne glorietur in pellib⁹. i. in exteriorib⁹ mūdi. ne fiat imitator herodis q̄
interp̄tatur gl̄ia pellis. vl̓ in pellibus gloriās. Sit etiā ſine pilis. i. ſup̄fluitatib⁹. q̄
ſunt fatui reſpectus. ɔtactus illiciti. verba ocioſa. et huiuſmodi.
Candidū interi⁹ p̄ innocētiā. que nemini turbat pacē ſuā. Exteri⁹ p̄ ſanctimoniā.
Unde ad hebre. xij. Pacē ſequimini cū omnib⁹ et ſanctimoniā ꝛc̄.
Solidū. per ſtabilitatē animi in bono. quia qui inſtabilis. nō poteſt eſſe caſt⁹. Exē-
plū de dyna. Geneſis. xxxiiij.
Iuſtus ebur — Siccū. p̄ penitentiā q̄ deſiccat ab humoribus gule et luxurie. Gregori⁹. Lignū in Gre.
fabrica cōpetenter nō ponit̄. niſi prius vicioſa ei⁹ viriditas deſiccetur.
Durū. per patientiā et cōſtantiā. ne valeat trāſforari ſagittis diaboli. Et q̄nto du-
rius. tāto magis idoneū ſubtilibus operib⁹ faciendis.
Frigidū p̄ abſtinentiā. vt in eo refriguerint carnales ɔcupiſcētie et incentiua vicio-
Hiero. — rū. Hieronym⁹. Ardētes diaboli ſagitte. ieiunioꝝ ꝛ vigiliaꝝ frigore reſtrīgēde ſūt
Leue. q̄ñ bene politū ē. ꝛ h̄ p̄ benignitatē. ne dicat̄. Noli me tāgere. Ul̓ leue. ne mur- d
muret ɔ deū ſi ip̄m velit polire mittēdo tribulatōes. Quidā eni q̄ magis intēdit
eos polire dn̄s. murmurādo p̄ impatiētiā magis fiūt ſcrupuloſi.
Forte p̄ patientiā aduerſorū. Unde apl̓s ad Phil̓. in fine. Oīa poſſum in eo q̄ me
ɔfortat. Et p̄petratiōnē viriliū operū. Unde. Viriliter agite ꝛc̄. Et illud. Eſtote
fortes in bello ꝛc̄. Math. v.
Limis et ſerris ſculpit̄. Lime iſte. obſeruātie regulares. q̄ poliūt ſcrupulos vicio-
rum. Uigilie. ſomnolentiā. Labor. ociū. et hmōi. Uel lime iſte. lingue detractoꝝ.
Uel lime. tribulatōes diuerſe.
Idoneū ad facienda vaſa in quibus reponant̄ ſanctuaria vl̓ corpus chriſti. Uaſa
ſcȝ gratiarū. vaſa ſanctificatōnis.
Antiquū rubeſcit. Unde Treno. iiij. Rubicūdiores ebore antiq̄. Diuturnitas eni
caſtitatis et penitētie cq̄pollet martyrio. Candor etiā caſtitatis in iuuētute. rubor
charitatis in ſenectute. q̄ñ ſenectus ē in miſericordia vberi. ɔgrui colores ſūt vi-
ro iuſto vel religioſo. Hanc p̄prietatē habent illi q̄ et ſi in principio conuerſiōis
minus calidi ſint. ſemp̄ tū creſcūt et p̄ficiūt in feruorē. Quib⁹ contrarij ſunt. q̄ cū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſanctitatis ad illuminationē hominū. Candor virginitatꝭ in matre. Precioſitas
maternitatis ī virgine. Reclinatoriū ꝗꝙ aureū sibi fecit in ferculo. Nam mētē
virginis ꝑfudit plenitudīe ſapiētie. que ſignificaꝫ in auro. et ſic illuſtrauit cognitō
ne diuina. vt merito dici poſſit ꝙ caput ſue diuitatꝭ reclinauit in ea. Aſcēſū quo
ꝗ purpureū fecit dn̄s. Nam purpura indiciū eſt regie dignitatis. et chriſtꝰ ꝑ aſ
ſumptōem carnis aſcēdit et intrauit in hāc ſedē. et indicauit mūdo ſe regē. Nam ī
paſſiōe ſua de ſanguīe carnis aſſumpte ſcripſit in femore ſuo et in veſtimēto ſuo.
Rex regum et dn̄s dn̄antiū. Dicitꝰ aūt ingreſſus eiꝰ in vterū virginis aſcēſus. ad
ſilitudinē vbi yſaie dicētis. Aſcendet dn̄s ſuꝑ nubē leuē. Et appellat nubē leuem
carnem ſanctā chriſti. nullo peccati pōdere ꝑ̄grauatā. Et bn̄ aſcēdiſſe dicitꝰ dn̄s de
ſcendēs in ꝟgīnē. Nam qꝛ deſcēdit inclinādo deitatē / inde aſcēdit ī cordibꝫ hoim
ꝑ cognitōez. Vel aſcēſus marie purpureꝰ. qꝛ ꝑ martyriū mētis aſcēdit in regiā di
gnitatē. vt ſicut dicitꝰ regina ꝟginū. ſic dici debeat regina martyrū. Qđ aūt ſeqtur.
media charitate ꝯſtrauit ꝑpter filias hieruſalē vbi alia trāſlatio dicit. infra ipm
lithoſtratū charitatē a filiabꝫ hieruſalē reſumere fecit. ſic intelligēdū ē. Interꝑ̄taꝫ ſi
ꝗdem lithoſtratos ſiue gabatha qđ legitꝰ in paſſiōe dn̄i. / ſublime ꝑcliuū. Deſignaꝫ
etiā ꝑ media ſiue lithoſtratū ipa ſedes ī ferculo. que ē q̄ſi qđdā ꝑcliuū reſpectu ſub
limitatis colūnaꝝ. Chriſtꝰ ḡ faciēdo ſibi ſedē in ferculo. ꝗ erant media inter ſedē ⁊
ligna ipiꝰ ferculi. / charitate ꝯſtrauit. i. ꝯplanauit. vꝉ ꝯſtrauit. i. ad inſidendū ꝑauit.
ſicut equus ſternitꝰ cū ſedes in eo paraꝫ. Sedē ḡ ferculi ex charitate ꝯſtrauit. q̄a nō
niſi ī charitate manet. reſidet. aut ꝗeſcit. Hoc aūt ferculū ſic fecit ⁊ ſic diſpoſuit do
minus ꝑpter filias hierl'm. i. ꝑpter ſalutē fideliū animaꝝ. F
Aliter. Mariā fecit ſibi ferculū rex ſalomon. i. chriſtꝰ. que cū in vtero ſuo nouē mē
ſibus portauit de lignis libani. i. de mēbris om̄i puritate cādidiſſimis ꝗ ad cor
pus. ⁊ altis ꝟtutibꝫ ꝗ ad aīam. Colūnas eiꝰ fecit argēteas. que ſeptē ſūt. ſ. ſeptē
dona ſpūſſcti. ſicut dꝛ ꝑuer. ix. Sapīa edificauit ſibi domū et excidit colūnas ſe
ptē. Sed ꝑ̄ter iſtas habeo q̄ttuor formatas ab illis. Quaꝝ ꝑ̄ma ē / peccati imuni
tas. Scđa / ꝑfecta hūilitas. Tercia / ꝑuilegiata ꝟgītas. Quarta ē / ꝟginaꝉ fecūdi
tas. Prima ē argentū igne examinatū. qꝛ ꝑ ignem ſpūſſancti factū eſt in ea peccati
purgamentū. Scđa ē argentū malleis ꝯtuſū. qđ ad cuiuſlibet vaſis formā ſuſci
piēdā ſe applicat. Tercia ē argentū candidū. qđ ē integre virginitatis argentum.
Quarta ē argentū redemptōis. hūani generꝭ ꝑciū. Reclinatoriū. i. ꝟginis vterū ī
quo ſe reclinauit dei filiꝰ fecit aureū. i. ꝑcioſum. Vel aureū / q̄a in eo aurū ſapien
tie ſe reclinauit et in eo habitauit. Aſcēſum purpureū. q̄a ipa expers martyrij nō
fuit. ſicut dixit ſymeon. Lu. ij. Et tuā ipſius aīam ꝑtrāſibit gladius. Vel aſcēſū
eiꝰ fecit purpureū qꝛ eam in aſſumptōe ſua regali glīa coronauit. ꝗ ſignificata ē
in purpura. Media eiꝰ. i. cor qđ ē in medio pectoris. vꝉ ꝯcupiſcibilē ꝗ eſt media
triū viriū ꝯſtrauit charitate. i. decorauit. et exornauit. ⁊ impleuit propter filias
hieruſalē. i. ꝑpter debiliores ꝗ ſunt in eccleſia. vt poſſint imitādo charitatē beate
virginis cum ea aſcendere et videre regē ſalomonē in decore ſuo. ¶ Vel ſic. Fer
culum fecit ſibi ꝑpter filias hieruſalē. i. ad ſupportāda onera mentiū infirmaruꝫ. G
¶ Aliter et ſubtilius. Ferculū fecit ſibi rex ſalomon ⁊c. Fabrica ferculi ſignat
natiuitatē marie. Quod dicitꝰ Fecit ſibi ferculū rex ſalomon de lignis libani. co
lumnas eius fecit argenteas ꝑtinet ad eius ſanctificatōnem. Quod dicitꝰ recli
natoriū aureū ad eius conceptionē. Quod dicitꝰ aſcenſum purpureū ad magni
ficentiā exaltatōis quādo aſſumpta eſt in celū. Et nota ꝙ duplex eſt ſanctificatō.
A culpa. Hec ſignatur per ligna libani. A pena. Hec per columnas argenteas.
De duobus ſanctificatis in vteris matrꝝ legimus. ſcꝫ hieremia et iohāne. qui ſi
gnant om̄es chriſtianos a feditate culpe originalis liberatos. ſed non a corrupti
one penalitatis. id ē. fomitis qua eſt pronitas ad malum. ſcꝫ quaſi quedā manens
infirmitas et debilitas. Sed hec nō remanſit in virgine ſanctificata. q̄a ſicut grā
ꝯceptōis fuit plena. ſic grā ſctificatōis plena et ꝑfecta. Jđ nō vult augꝰ vt cū đ pec
catꝭ agitꝰ fiat mētio đ btā ꝟgīe. Dicitꝰ ḡ ferculū iſtđ factū đ lignis libani ꝗ īterꝑ̄taꝫ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

candoꝛ vel candidatio. ꝗa ſanctificata fuit a culpa originali. et a pena fomitis et ꝗ ſurgit motus venialꝭ ſicut ꝗdā infirmitas et lāgoꝛ. Et ideo dicunꝭ fieri colūne argētee. vt oñdaꝭ gr̄a ſuppoſitiua ꝯ penalitates et debilitates originalꝭ penalitatis. Et ꝑ colūnas iſtas ſignaꝭ ſtabilitas ī bono. vt nullo mō poſſit peccare. ¶ Itē ligna libani ſunt cedꝛina. et habēt ꝓꝓetatē imputribilitatꝭ et reſpiratōem odoris ꝗ interficiunꝭ ſerpētes. ⁊ talꝭ fuit gl'ia ſctificatiōis marie. vt ꝓꝓetatē imputribilitatꝭ haberet cōtra putredinē originalꝭ quo ad ſe. et ſuauitatē odoris ꝗ ad alios. Et ita fuit eius ſanctificatio ſingularꝭ. Et ideo dicit ſe ꝗſi cedrū in libano exaltatā. Libro. xij. particl'a. vi. ti. iiij. de cedro inuenies ō hmōi. Et ꝓpter h̄ de ipa dicit Iſa. xxxv. Gl'ia libani data eſt ei.

Beda Item notandū ꝙ ꝗttuoꝛ ſunt originales penalitates. ſicut dicit Beda. Ignorantia. Malicia. Infirmitas. Cōcupiſcētia. Et he ꝗttuoꝛ humanū genꝰ diſponūt ad ruinam. Paulꝰ enī peccauit ꝑ ignorātiā. Petrꝰ ꝑ infirmitatē. Iudas ꝓditoꝛ ꝑ maliciā. Filij iſrlꝭ ꝑ concupiſcētiā. Unde. Et ꝯcupierūt ꝯcupiſcētiā ī deſerto. Quia tales deſerto deo delectāꝭ ī alio ꝙ̄ in ipo. Aliꝗ iſtoꝝ modoꝝ peccāt. ꝗꝗ̄t male agūt. Dicendū ꝙ ꝙ ꝑma colūna hꝰ ferculi prudētia fuit ad ſuppoꝛtādā ignorātiā. Secūda iuſticia. ad ſuppoꝛtādā maliciā ſiue ꝓnitatē ad malum. Tercia foꝛtitudo. ad ſuppoꝛtandā infirmitatē et ꝗ eſt difficultas ad bonū. Quarta tꝑantia. ad ſuppoꝛtandā ꝯcupiſcētiā. Et he ꝗttuoꝛ columne figurate fuerūt Exo. xxvi. vbi dictū eſt moyſi. Facies velū ex iacinto. purpura. cocco bis tincto. et byſſo retoꝛta. qꝺ appēdes ſuꝑ ꝗttuoꝛ colūnas de lignis ſethim. habētes aurea capita et baſes argenteaſ. Velū iſtud intelligiꝭ excellētia virgīs marie. Nā ſicut velū iſtud includebat ſancta ſctōꝝ. ſic maria gremio vteri ſui circūdedit illū ꝗ eſt ſctūs ſctōꝛum. Dañ. ix. Huius veli ꝗttuoꝛ coloꝛes. in ꝟgine ꝗttuoꝛ virtutū ꝑfectōes. Iacintꝰ ꝗ coloꝛ celeſtꝭ. in ea ꝑfectio ꝯtēplatōis. Purpura coloꝛis ſanguinei. ꝑfectio charitatꝭ. Coccꝰ bis tinctus. geminꝰ dilectōis affectꝰ ad deū et ꝓximū. Byſſus retoꝛta ꝗ ē linū egiptiacū et candidiſſimū. qꝺ ꝑ mltaſ tūſiōes ꝑuenit ad cādoꝛē. ꝑfectio virginalꝭ caſtitatꝭ. Hoc velū appēdebaꝭ ꝗttuoꝛ colūnis. ꝗ ſunt ꝗttuoꝛ ſuppoſitiue ꝟtutes. vt dictū ē. Prudētia rñdet coloꝛi iacintino diuie ꝯtēplatōnis. Foꝛtitudo. coloꝛi purpureo. Iuſticia. coccino charitatꝭ. Tēperantia byſſino virginitatis. Et nota ꝙ hic dicūtur colūne eſſe de lignis ſethim. cū colūne ferculi dicanꝭ argentee. cū argentū poſſit liꝗfieri ad ignē. ligna vero ſethym ſint incremabilia nec cedant actōi ignis. Et hoc. ne putarenꝭ liꝗbiles. cū virtutes marie nulliꝰ igne tēptatōis vlꝭ culpe alicuiꝰ potuerint liꝗfieri. Et ideo mutata ē metaphoꝛa de materia colūnaꝝ. vt dicanꝭ de lignis ſethym ꝗ dicte fuerāt de argēto. Hoc ſignificāte ſpūſctō ad laudē marie. ꝙ ꝟtutes eiꝰ impoſſibile erat aliꝗ mō coꝛrūpi. putreſcere vlꝭ cremari. Dicūꝭ etiam argētee. ꝗa argentū dulciſonū ē. vt ſignificeꝭ materia laudis eiꝰ. Sic ꝙ [rex ſalomō] chriſtꝰ noſter pacificus [fecit ſibi ferculū] [vterū virginalē] [ſibi] dico. vt illi poſtea inſideret. cū de ea carnē aſſumeret [de lignis libani] vt dictū eſt. i. cedris. que reſpirāt ſuauitatē odoris ad extinguēdos maxime in ſuis amatoꝛibꝫ ſerpētinos motꝰ carnis. Nam eiꝰ adiutoꝛio vincunꝭ titillatōes carnee vilitatis. Iſtō inuenies plene libro. xij. particl'a. vi. titulo. iiij. ꝙ ipa cedrus.

¶ Maria ſella ¶ Titulus v.

Sella [veri helyſei vt dictū ē in qua reſidet humiliatꝰ obediēs patri velut diſcipulꝰ mgr̄o. aſſumēdo carnē in virgine. in ꝗ patri obediuit vſꝙ ad mortē crucis. De hac ſella legiꝭ. iiij. Regū. iiij. ꝙ eā ꝑparauit vero helyſeo magna illa mulier ꝗ ſigꝭ celeſtē ſapiāz. Que habuit ꝗſi ꝗttuoꝛ pedes. i. ꝗttuoꝛ cardinales. Sedile ꝟo fuit mentꝭ tranꝗllitas vlꝭ pax. ꝗa ibi in pace factꝰ eſt locus eiꝰ.

¶ Maria tribunal ¶ Titulus vi.

Iſidoꝛꝰ Tribunal [quod ſm iſidorum diciꝭ ex eo ꝙ inde a ſacerdote tribuanꝭ precepta viuendi. Et eſt locus in ſublimi conſtitutus vnde vniuerſi exaudire poſſunt. Et exempla glorioſe virginis nobis proponuntur quaſi quedam precepta. quibus inſtrui debemus et infoꝛmari ad viuendum ſm beneplacitū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

diuine voluntatis. Vel tribunal nominat̄ a tribus. eo ꝙ ad illud tribus ꝯuocet̄.
Tribunal enī eſt ſedes tribuni. vel ſedes iudicꝭ. ſicut dicit gloſa ſup iohem. quia
chriſtus in ea carne quā aſſumpſit de ꝟgine iudicabit. Dedit enī ei pater iudiciuꝫ
Expone de ꝟgie — facere. q̄a filius hoīs ē. Joh. v. De h̄ tribunali dicit̄. iij. Regū. vij. Fecit ſalomon
porticū ſolij in q̄ tribunal erat. et texit lignis cedrinis a pauimēto vſqꝫ ad ſummi-
tatem. ⁊ domuncula in qua ſedebat̄ ad iudicandū. erat in media porticu ſili ope.

Maria ſedes — Titulus vij.

Verſus ſecūdus — Sedes ] Scdm̄ iſidoꝝ ſedes ſingulari numero ꝓpe vel regis vl̄ regni ē que — A
grece thronꝰ dr. Maria ꝟo ſedes ē regꝭ magni. iō de ipa dr in p̄s. [ Dn̄s ī
celo ] .i. in btā virgine. Quere li. vij. ti. i. de celo [ Parauit ] miſterio ſpūſcti.
[ ſedem ſuā. q̄a in ea q̄ſi hūiliatus reſedit tpe incarnatōis. Unde dicit patri [ Tu co
gnouiſti ] .i. approbaſti [ ſeſſionē meā ⁊c̄. ] Vn̄ p̄dixerat Eze. xliiij. Pricepſ ipe ſe-
debit ī ea. Quere li. x. ti. xxxviij. de porta. In ea etiā q̄euit ſicut hō q̄eſcit ſedēdo.
Quere īfra ti. xi. vbi ipa dicit̄ req̄es. Vn̄ ⁊ dicit. Qui creauit me req̄euit ī tabnacu
lo meo ⁊c̄. Jō dicit ipe de matre Jſa. lxvi. et Actuū. vij. Celū ſedes mea ⁊c̄. Jtē in
pſal. Sedes tua deꝰ in ſeculū ſecl̄i. De hac ſede poteſt exponi illō qō dicit Joh. — B
Apo. iiij. [ Fui in ſpū. ⁊ ecce ſedes poſita erat in celo et ſup̄ ſedē ſedēs. Et q̄ ſede-
bat ſil̄is erat aſpectui lapidis iaſpidis et ſardini. ⁊ iris erat ī circuitu ſedis ſil̄is vi-
ſiōi ſmaragdine ] Vn̄ dicit [ fui in ſpū ] .i. in mētis exceſſu. Vel q̄a qui videre vult.
h̄ eſt itelligere magnalia marie. de carnali neceſſe habet priꝰ fieri ſpūal̄. Jdeo p̄mit
tit [ fui in ſpiritu ] ⁊ h̄ in dn̄ica die. ſicut ſup̄ dixerat q̄n fit memoria de dn̄ica reſur
rectōe. p quā vere ſperamꝰ nos poſſe reſurgere. Vel vt reſurgat p̄us a culpa. qui — C
vult inſtrui de dignitate marie. Et nota ꝙ p̄us dixerat [ fui in ſpū ] et hic dicit [ fui
in ſpiritu ] plꝰ. ſ. q̄ꝫ ante. Et in h̄ notat̄ vtilitas viſiōis. q̄a ſtudēdo et vacādo ꝯgni
tōi ꝟginis. grā augmētat̄. [ Et ecce ſedes ] allegorice angeli et p̄lati in q̄bꝫ ſedet et
p̄ncipaliter regnat dn̄s. et alios regit et iudicat [ poſita erat ī celo ] h̄ ē in eccl̄ia. dei
ꝓuidētia ordinati. Vn̄ Joh. xv. dicit eis dn̄s. Poſui vos vt eatis ⁊c̄. Vel maria
in q̄ reſedit maieſtas deitatꝭ [ poſita erat in celo ] in aſſumptōe miſterio angeloꝝ in
corpe et aīa. vt pie credit̄. Sedes ḡ maria. Sedens. filiꝰ dei et ea carnē aſſumens.
Eius enī ſeſſio. eſt incarnatio. Vn̄ et dicit patri. [ Tu cognouiſti ] .i. approbaſti [ ſeſ-
ſionē meā ] .i. incarnatōem meā in virgine. Ubi autē eſſet hec ſedes poſita. dr eze.
.i. [ Vidi et ecce ſup firmamētū qō erat īminens capiti aīaliū q̄ſi ſil̄itudo throni ]
.i. beata virgo q̄ ē thronus .i. ſedes regia. Seq̄t̄. [ Et ſupra ſedem ſedēs ] chriſtꝰ. ſ.
ſua virtute eā continēs ⁊ maieſtate p̄cellens. Qō notat̄ p h̄ ꝙ dicit̄ ſup̄. Chriſtus
enim oēs ſanctos excedit dignitate et grā. Et dicit̄ ſedere ſup eos. q̄a p̄ſidet eis
ſm̄ diuinitatē auctoritate. ſm̄ humanitatē dignitate. Nam q̄ d̄ celo venit ſup oēs
eſt. Joh. iij. Seq̄uit̄ [ Et qui ſedebat ] ecce deſcriptio ſedentꝭ [ ſimilis erat aſpectui
lapidis iaſpidis et ſardini. ]

Chriſtus dicit̄ lapis — D

Propter firmitatē. p naturā immutabilitatꝭ. Jaco. i. Apō quē n̄ ē trāſmutatio ⁊c̄.
Propter ſoliditatē īmortalitatis. Vn̄ de eo dicit̄. i. Thi. vi. Qui ſolꝰ habꝫ īmorta
litatem ⁊c̄. Jtē. i. Thi. i. Regi ſeculoꝝ īmortali.
Chriſtꝰ dr lapis — Propter potētiā et ꝟtutē q̄ firmiter regit oīa.
Quia fundamētū ē iuſtificatōis. Jſa. xxviij. Ecce ego mittā in fundamētꝭ ſyon la-
[pidē angularē.
Quia ꝯfringit cordis hūani duriciā. Mat. xxi. Qui ceciderit ſup lapidē iſtum con
fringet̄ ⁊c̄. Jp̄emet malleus ꝯterēs petras. Hiere. xxiij.
Quia veritatē ſeruat ſue cōminatiōis ad malos. et ꝓmiſſiōis ad bonos. ſicut lapis
ſeruat imaginē ſibi īſculptā vel ſcripturā. Vn̄ dicit. [ Que ꝓcedūt de labijs meis ]
q̄ ſunt duo teſtamēta. Vel [ de labijs meis ] q̄ ſunt veri expoſitores et p̄dicatores
[ nō faciā irrita ] Ro. iij. Deus verax. omnis aūt hō mendax.

Chriſtus dicit̄ lapis p̄cioſus. — E

Quia oīa regit p potentiā ꝓpe ꝟtutꝭ. ſicut lapis p̄cioſus ſua ꝟtute opat̄. Vn̄ de iu
ſtis dr et maxime de chriſto Eccl̄i. vi. Quaſi lapidis ꝟtus ꝓbatio erit in illis.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quia virtutē ſuam ignorātibꝫ nihil apparet. nec ab eis reputaꝛ. Hic chriſtꝰ in hu
manitate virtutē ſuā occultauit. et maxime in paſſiōe vbi nec reputatꝰ ē. Iſa. liij.
Itē. Ego ſum vermis et nō hō. Abacuc. iij. Ibi abſcōdita ē fortitudo eius ꝛc.

Chriſtꝰ dꝛ lapis ꝓcioſus

Quia carus et ꝓcioſus. Iob. xxviij. Neſcit hō ꝓcium eiꝰ. Dicitꝛ de ſapientia. Item
.i. Choꝝ. vi. Empti enī eſtis ꝓcio magno ꝛc.
Quia rarꝰ immo ſolꝰ. Unde de ſe ſepe dicit in euāgelijs. Nō q̄dā .i. ſingularꝫ ꝛ ſolꝰ.
Quia modicꝰ ꝑ ſummā hūilitatē. Unde dꝛ in ꝑs. Mons modicꝰ.
Quia virtuoſus. Unde dicit Lu. viij. Noui virtutē de me exiſſe.
Et nota ꝙ nō cuicūqꝫ lapidi ꝯparatur hic chriſtus. ſed ſpecialiter iaſpidi et ſardini. ma F
xime ꝓpter duos colores eorū. Iaſpis enī viret. in q̄ ſignatꝛ imarceſcibilitas eter-
ne beatitudīs. quam ꝓmittit ipis iuſtis. Sardinꝰ rubet. in q̄ ſignatꝛ ignis ꝛ ardoꝛ
eterne damnatōis. quā ꝯminatꝛ impijs. Uel iaſpis ꝑtinet ad ſpeciē diuinitatꝫ. q̄a
nulliꝰ coloris aſpectus ſic ꝯfortat intellectū vt diuinitas. Sardiꝰ ꝟo ꝓpter rubo
rem. ꝑtinet ad paſſam filij humanitatē.
Sequitur. Et iris erat in circuitu ſedis. Hic notatꝛ retributio tā bonoꝝ q̄ꝫ malo
rū. Ideo dicit in circuitu ſedis. q̄a ex omni parte mūdi apparebūt corā eo homi
nes iudicādi. Similis viſiōi ſmaragdine. Smaragdus rubet. ecce ignis dānati
onis maloꝝ. et viret. ecce vita delectabilꝭ bonorū in paſcuis virētibꝫ. Sophonie
iij. Ipi paſcentꝛ et accubabūt. Hi ſunt colores q̄ apparēt in arcu nubiū. q̄ fit ex re
ꝑcuſſiōe ſolis in nube aquoſa. ſ. ex comparatōe ꝯuerſatōis chriſti ꝛ ſanctoꝝ q̄ eſt ſol
illuminās. ad vitā maloꝝ q̄ eſt vt nubes aq̄ſa. tenebroſa. ſ. et fluida. ex q̄ damabūtꝛ
fortius et iuſtiꝰ mali. Sap. v. Ibunt directe emiſſiōes fulguꝝ. et tāq̄ꝫ habene cur
uato arcu nubium exterminabuntꝛ.
Item De hac ſede dicitꝛ chriſto. Parata ſedeſ tua ex tūc. i. ab eterno ꝑ ꝑdeſtinatōeꝫ. B
Uel ex tunc. i. ex quo ſanctificata ē in vtero matris. Uel ex tūc. i. ab initio tꝑis
gratie. Parata inquā ope ſpūſſancti. vel ſapiētia filij. Uñ dñs in celo. i. i btā ꝟ-
gine. parauit ſedē ſuā. et ei inſedit tꝑe ſue incarnatōis
Itē Hec eſt ſedes de q̄ pater ꝓmittit filio ꝑ ꝓphetā. Edificabo in generatōe ꝓſenti D
ꝑ gratiā. et generatōem futurā ꝑ glīam. ſedem tuā. o chriſte. i. btām virginē. Ad
huc etiā nō ceſſat hec ſedes quodāmodo edificari. q̄a ad honorē eiꝰ quaſi q̄tidie
noue abbatie conſtruuntꝛ. noue eccleſie edificantꝛ. noua altaria dedicantꝛ. et q̄ inuete
rauerāt renouantꝛ et pulcrificantꝛ. et ad oſtendendā ipius glīam a modernis dꝛ ea
ſacre ſcripture multipliciter exponuntꝛ. Et ideo dicit ipa. Qui elucidāt me vitam
eternā habebunt.
Item Hec ſedes poteſt appellari cherubin. Unde dicitꝛ chriſto. Qui ſedes ſuꝑ cheru I
bin ꝛc. ꝓpter plenitudinē ſcientie que data eſt ei.

Cherubin interꝑtatur

Cheru bin iter ꝑtatur

Uermiculata pictura. Quia ipa varijs donis ꝛ ꝟtutibꝰ picturata fuit ꝛ diſtincta.
Unde dicitꝛ circūamicta varietatibꝫ. Eze. xl. In portis templi. i. in maria ꝛ ſctis
ꝑlatis. ꝑ q̄s intratꝛ i tēplū vite eterne. maria eī porta ē ꝑadiſi. erāt picture vndiqꝫ.
Scientia mꝉtiplicata. De qua augꝰ. Nouerim me. nouerim te. Hanc ſciētiā dedit
ei ſpūſſctūs. et mꝉtiplicauit ei filiꝰ. nouē mēſibus euāgelizans cordi eiꝰ cum ipm
portaret in vtero. et poſtea annis multis.
Scientie plenitudo. Hec ē charitas q̄ docet de omibꝰ. i. Ioh. ij. Plenitudo enī le-
gis dilectio. Ro. xiij. Scientia enī ſine charitate inflat. i. Choꝝ. viij. ſed cū chari-
tate edificat.
Diuerſe ſcientie et intellectus. Ipa eſt enī ſapiēs mulier. q̄ verbis et exemplis edi
ficat domū ſuam. i. eccleſiā dei et familiares ſuos. puer. xiiij.
Aliter. Dominꝰ dicitꝛ ſedere ſuꝑ cherubin quod interꝑtatur plenitudo ſciētie. q̄ſi nō K
in cherubin ſed ſuper. id ē. vltra: hoc eſt in ſeraphin quod interꝑtatur ardoꝛ vel
incendium. id eſt. in ardoꝛe charitatis. vbi ſedet ꝛ quieſcit. Uñ magis eſſꝫ laborā-
dum ad habendā charitatē q̄ꝫ ſcientiā. cū fere omnes faciāt ecōuerſo.

Maria cathedra chriſti ¶ Titulus viij.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Maria figuratur edificiis

Dominꝰ ſabineñ. bello notatur hũanitas filij que ſcabellũ eſt deitatis. ꝗa ſicut ſcabellũ ſubſeruit
dño ſuo. ita chriſtus ſcḋm ꝙ homo ſeruiuit dño ſuo. i. deo patri. et dñe ſue matri. et
reddidit et reddit et reddet in ꝑpetuũ honorē reuerētiā et obedientiā. ſicut p̄ceptuꝫ
eſt Exo. xx. Honora patrē et matrē. Et hoc ſcabellũ fuit aureũ. ꝗa ſicut aurũ ce-
teris p̄ualet metallis. ita chriſti hũanitas cũctis humanitatibꝫ. Et nota ꝙ h̄ ſca-
bellũ faciebat q̄ſi gradũ vnũ/ ad celſitudinē ſolij huiꝰ attingendā. Quanto enī ma
ior eſt dignitas filij/ tāto maior eſt dignitas matris. Et licet etiā ſcḋm hũanitatē p̄-
cellat filius matrē. tamē ſcabellũ ante ſoliũ eſſe dicitur tanꝙ inferiꝰ ſolio. vt ꝑ hoc
ſignificet honor ⁊ reuerētia quā exhibet matri ſue vt ſup̄. De h̄ aũt ſcabello dr̄. ij.
palip. ix. [Fecit et ſcabellũ aureũ. et brachiola duo altrinſecꝰ] q̄ brachiola ſignifi-
cāt brachiola chriſti pueri q̄bus matrē amplexabat.

Eſt autē ſoliũ ſedes iudiciaria ſicut dictũ ē de throno. Vñ puerb. xx. [Rex q̄ ſedet E
in ſolio iudicij/ diſſipat om̄e malũ intuitu ſuo] Chriſtꝰ enī ſedēs in ſolio ꝑadiſi. et
oculo miſericordie reſpiciens peccatorē/ diſſipat intuitu ſuo omne malũ. i. triplex
malum. culpe. ſ. quā remittit. peccati a q̄ liberat. et malũ diaboli ne tātũ noceat q̄n-
tum deſiderat. Similiter regina. i. beata virgo. vt ſup̄ libro. ij. particl'a. i. titulo de
ꝓtectōe marie. cauſa. xxv.

De hoc ſolio dicit Hiere. xiiij. docens nos q̄liter adiurare orādo per matrē filiũ debe D
amus. Solij glorie tue recordare. ne irritũ facias fedus tuũ nobiſcũ. Quaſi dice
ret. Quotiēs dñe bonitatē tuā exaſperat noſtra malicia. memēto ſalutis auctor ꝛc̄.
Et ideo de h̄ ſolio dicitur Iſa. xvi. Et ꝑparabit in miſericordia ſoliũ eius ꝛc̄. Itē
Job. xxvi. Qui tenet vultũ ſolij ſui. et expandit ſuꝑ illud nebulā ſuā. Dominꝰ enī
ſolij ſui vultũ tenuit/ q̄ñ matris ſue mentē p̄rogatiua gratie illuſtrauit. Tenuit eī
mentē/ q̄ tentus fuit a ventre. Nebulā autē ſuꝑ ſoliũ ſuũ expandit/ cũ eā circumde
dit caligine paupertatis ⁊ ſollicitudinis multiformis.

Itē de h̄ ſolio dr̄ Iſa. vi. [Vidi dñm ſedētē ſuꝑ ſoliũ excelſũ et eleuatũ. ⁊ plena erat E
domꝰ maieſtate eiꝰ. et ea q̄ ſub ip̄o erāt. replebāt tēplũ] Nota ꝙ yſaias nō vidit do
minũ niſi ꝑus mortuo Ozia rege ſuꝑbo et leproſo. nec nos videre poterimꝰ deuꝫ
niſi ꝑus mortuꝰ fuerit ī nobis diabolꝰ q̄ ē rex ſuꝑ oēs filios ſuꝑbie. Job. xli. q̄ tā
ꝙ leproſus eiectꝰ eſt a ꝯſortio angeloꝝ. Itē Nota ꝙ ſicut triplex eſt dñi ſeſſio. ſic
tria ſolia ꝑ nũero ſeſſionũ. Prima dñi ſeſſio/ creature ꝑfectio. Vñ geñ. ij. Requieuit
ab omni oꝑe qd̄ patrarat. Scḋa/ dei habitatio ī mēte fideli. ꝗa aīa iuſti ſedes dei.
Tercia ſeſſio/ vbi incarnatio. Vñ chriſtꝰ p̄ri. Tu ꝯgnouiſti ſeſſionē meā ꝛc̄. Huiꝰ
ſedes vterꝰ virginal'. Vñ [Dñs in celo] i. btā v̄gine [parauit ſedem ſuā] Primũ
ſoliũ ē excelſum ꝓpter dignitatē ꝯditōis. Scḋm eleuatũ ꝓpter p̄rogatiuā virtutis.
Terciũ debꝫ dici ſuperaltatũ ꝓpter vnionē v̄bi ⁊ hũanitatis. De h̄ tercio ſolio di-
cit ꝓpheta. [Vidi dñm ſedētē ſuꝑ ſoliũ excelſũ ⁊ eleuatũ] Nō enī defuit marie di-
gnitas ꝯditōis. ꝑ q̄ fuit ſoliũ excelſũ. Nō p̄rogatiua v̄tutis/ ꝑ q̄ fuit ſoliũ ꝑ grāꝫ ele
uatũ. Nō filij dei ī ſe ſuſceptō. ꝑ q̄ ſoliũ ſuperaltatũ. Seq̄t [Et plena erat domꝰ]
. i. eccl'ia [maieſtate eiꝰ] qꝛ de plenitudīe eiꝰ acceperũt vniuerſi. Hiere. xxiij. Celuꝫ
⁊ terrā ego ipleo. Seq̄t [Et ea q̄ ſub ip̄o] ſedēte vl' ſolio [erāt] h̄ ē angeloꝝ agmia
et ſanctoꝝ aīe [replebāt tēplũ] h̄ ē ꝯſũmabāt. Intellige d̄ illo tēplo ruinā paſſo. qd̄
primo factũ eſt ex nouē ordinibꝫ angeloꝝ. Vel [replebant templũ] i. eccl'iaꝫ. quia
ex his conſtat eccleſia.

Moraliter. Solium eſt anima que ſolo pede neceſſitatis tangit terrā. Et dicit ſo- F
lium iudicij/ vt ſupra. In illis enī ſedet chriſtus et quieſcit. qui ſunt quaſi ſolium
et thronus. eleuati ſcilicꝫ et ſuſpenſi ab amore mundi. qualis erat iob dicens. vij.
eiuſdem. Suſpendiũ elegit anima mea ꝛc̄. Et quorũ conuerſatio eſt in celis. Ad
Phil'. iij. Et in quibus ſepiꝰ celebrat illud iudiciũ de q̄ ap'ls. i. Chor'. xi. Si noſ
metip̄os dijudicaremꝰ ꝛc̄. Titulo de ꝯfeſſiōe. Et q̄ ſunt eburnei et grandes vt ſu
pra. et aurei ꝑ ſapientiā. que maxime neceſſaria eſt in tali iudicio. ⁊ tractabiles per
obediētiā vt obediāt mādatis ꝯfeſſoꝝ. et h̄ ex charitate q̄ ꝑ auꝝ ſignatur. vt omnia

et charitate fiāt. ⁊ vt veſtiti ſint ħ auro. In ↄfeſſiōe enim veſtit᷑ anima roba noua. Charitas enī q̄ ſignificat᷑ in ħ auro/ operit multitudinē pctōꝝ. i. Petri. iiij.

Maria ferculū ſalomonis — Titulus iiij.

Ferculum q̄ꝗ .i. ferculū qđ nō poteſt poni in vſu. Bene p ferculū ſignat᷑ vterus ꝟginal᷑. q̄a ferculū q̄nq̄ꝫ dicit᷑ idem qđ vehiculū. a fero fers. q̄nq̄ꝫ idem qđ cathedra. q̄nq̄ꝫ idem qđ cibus. Dicit᷑ ḡ [Salomon] .q̄ interp̄tat᷑ pacificus. i. chriſt⁹ terrena et celeſtia pacificās [fecit] .i. p̄parauit [ſibi] .i. ad honorē ſuū [ferculū] .i. btē virginis vteꝝ in q̄ q̄eſceret vt ſpōſus ī thalamo. Sederet vt iudex in ſolio. Delectaret᷑ vt ↄmedens ī ferculo. Vñ ezech. xliiij. Princeps ipe ſedebit ī ea vt ↄmedat panem coram dn̄o ⁊c. A

Maria ferculū: quia ferculū — B

Regem portat. Et beata virgo regē omniū regū .chriſtū. ſ. qui dicit᷑ rex regū ⁊ dn̄s dominantiū.

Regijs miniſtr̄ fulcit᷑. Et btā ꝟgo angel᷑. q̄ oēs miſtri ſunt ſaluatoris. Ad hebre᷑. i.

Rege inferi⁹ et miniſtris ſup̄i⁹. Et ipa ſupioꝛ angelis/ ſꝫ inferior chriſto. Anſelm⁹.

Maria ferculū q̄a ferculum

Nihil eq̄le marie. nihil niſi deus maius maria.

Qui portat᷑ in eo nō mouet᷑ motu p̄prio/ ſed mediāte ferculo. Et dei filius ſm diuinitatē omnino eſt īmobilis. ſed mediāte motu ferculi ſui. i. mutabili carne quā ſūpſit de virgine factus/ eſt mutabilis.

Qñ diligēter ſternit᷑ leniter in eo pauſat᷑. Sic in btā ꝟgine virtutū ſuplectile diligētiſſime oꝛnata/ fili⁹ dei ſine extu bat̄ōe peccati q̄euit. Quia ī pace fact⁹ ē loc⁹ ei⁹.

Qui portat᷑ in eo ei⁹ eleuatōe eleuat᷑/ dep̄ſſione dep̄mit᷑. Sic q̄dq̄d laudis vl᷑ blaſphemie in btām virginē dicit᷑ vel agit᷑/ in ſaluatoꝛē redūdat. Unde Matth. xxv. Quod vni ex minimis meis ⁊c. Ipa enī minima fuit inter omnes/ vt oīm maioꝛ eſſet. ſicut dicit hieronymus de paula.

Hiero.

Egris et debilibꝫ neceſſariū. Omne enī gen⁹ mortaliū tā peccatoꝝ q̄ꝫ penaꝝ morbis egrotat. et a plāta pedis vſq̄ꝫ ad verticē nō eſt in eo ſanitas. et omnes indigēt fulciri patrocinijs virginis glorioſe.

De hoc ferculo dicit᷑ Cañ. iij. [Ferculū fecit ſibi rex ſalomon de lignis libani. colūnas ei⁹ fecit argēteas. reclinatoriū aureū. aſcēſum purpureū. media charitate ↄſtrauit p̄pter filias hieruſalē] Ferculū dicit᷑ a fero fers. q̄a fert ſedentē in eo. ⁊ eſt idē qđ vehiculū. qđ vulgo dicit᷑ lectica vl᷑ currus ſiue thronus aut cathedra. in q̄ doctoꝛ aut iudex ſedet. et q̄eſcit et iudicat. Et ſignat eccl̄iam q̄ dꝛ ferculū. q̄a chriſtū q̄ eſt verus ſalomō fert vbiq̄ꝫ terraꝝ p̄dicādo et docēdo fidem ei⁹. C

Uel ad lr̄am. Ferculū ē thron⁹ portatil᷑. et bene deſignat mariā. cui⁹ exēplū vbiq̄ꝫ diffundit᷑. Hoc ferculū fecit ver⁹ ſalomō de lignis libani. i. de mēbris aridis ⁊ deſiccatis igne ſpūſſcti ab oīm humoꝛe nociuo. qđ fuit in ei⁹ ſanctificatōe. q̄a ſic dicit gregori⁹. lignū in fabrica competēter nō ponit᷑. niſi p̄us viciosa eius viriditas deſiccet᷑. Que etiā erāt vt ligna libani. id ē. infructuoſa q̄ ad p̄poſitū ꝟginitatis. et excelſa p ꝟtutū eminentiā. ⁊ ħ in ſe. In dei aūt p̄deſtinatōe erāt foꝛtia. Celſa. Specioſa. Odoꝛifera. Imputribilia. Cādidata. Foꝛtia/ patiētia. Celſa/ ſapiētia. Specioſa/ tp̄antia. Odoꝛifera/ fama. Imputribilia/ p̄ſeuerātia. Cādidata/ innocentia ⁊ puritate omnimoda. Uel etiā cādidata q̄n fuit in vtero ſanctificata. D

Grego.

Aliter. In hoc ꝟſiculo [Fecit ſibi rex ſalomon ferculū de lignis libani] per ↄpoſitōnem ferculi beate virginis priuilegia cōmendant᷑. [Fecit] ergo [rex ſalomon] .i. chriſtus [ſibi ferculū] ſiue thronū. per quod deferret᷑ ad noticiā hominū. cum incarnationi ſue beatā virginem p̄parauit. et eandē ſibi matrē fecit. Hoc autē [ferculum fecit de lignis libani] et interp̄tatur libanus candoꝛ vel thus. quia ſanctitatē virginis compegit dn̄s ex odoꝛe bonoꝛū operū. et candoꝛe virtutū. [Columnas] huius ferculi [fecit argenteas] In colūnis conſiſtit fortitudo ferculi. Columne autem iſte quattuoꝛ erant et argentee. deſignate per p̄prietates argenti. Argentum ſiquidē dulce ſonat. fulget. candet. et precio valet. Igitur per quattuoꝛ colūnas argenteas deſignāt᷑ in matre dn̄i dulc̄ ſon⁹ oꝛōis ī p̄cibꝫ ad dn̄m. Splēdoꝛ E

T cathedra ] Et de hac cathedra dicit̃.ij. Regũ.xxiij. [ Dauid ſedet ĩ cathe A
e dra ſapiētiſſim⁹ princeps inter tres. Ipe ē q̄ſi tenerrim⁹ ligni ꝟmicul⁹ qui
octingētos interfecit ipetu vno. ] Dauid chriſt⁹. Dauid iterp̄tat̃ manu for
tis.q̄a chriſt⁹ eſt dei virt⁹ et dei ſapiā.i. Chor.i. Interp̄tat̃ etiā aſpectu deſidera/
bilis quia in chriſtū deſiderāt angeli ꝓſpicere.i. Pe.i. Maria cathedra in q̄ ſum
mus magiſter in incarnatōe reſedit.qñ p̄cepta ⁊ ꝯſilia vite eterne veniebat docere ĩ
mūdo. Unde et dicebat apl'is Joh.xiij. Uos vocat̃ me magiſter et dñe.et bñ di
citis. Sum eteni. Cathedra ſiq̄dem doctoꝝ ē. Sedens ĩ hac cathedra chriſt⁹ eſt
ſapiētiſſim⁹.q̄a ipe eſt ſapiētia patris. Ipe inter tres d̄r ſedere. quia ipe vna eſt ex
trib⁹ increatis ꝑſonis eq̄lis patri et ſpūiſancto. ſed ipe ſolus ſedet ĩ cathedra .quia
ſolus incarnat̃ in virgine glioſa. Uel cathedra iſta crux dñica. ĩ q̄ ſediſſe d̄r ſūm⁹
magiſter.quia ſedere doctoris ē.⁊ ipe in cruce ꝑfectā docuit charitatē. q̄ nō ſolum
mortē ſuā indulſit.ſed etiā ꝓ inimicis orauit . Lu.xxiij. [ Pater parce illis ] et ꝓ eis
allegauit ⁊ ipos excuſauit dicēs. [ quia neſciūt q̄d faciūt ] ¶ Seq̄tur [ Ipe ē qua B
ſi tenerrim⁹ ligni ꝟmicul⁹ ] quo nihil duri⁹ dū tāgit.q̄a terebrat lignū duriſſimū.
nihil molli⁹ dū tangit̃. Dauid eni ille ỉſralis qñ ledebat̃ nihil illo māſueti⁹ .qñ le/
dere volebat nihil illo feroci⁹. Similit̃ nihil chriſto molli⁹ q̄ ad miſicordiā . Jō
dicit̃ [ tenerrim⁹ ] nihil forti⁹ q̄ ad iuſticiā. Uñ Job.ix. Si fortitudo q̄rit̃ robu/
ſtiſſim⁹ ē ⁊c̃. Et nota q̄ nō d̄r tener ſ; tenerrim⁹.ꝓpter oīmodā māſuetudinē.cui⁹
.ſ.māſuetudis tres ſunt ḡdus. Prim⁹.eq̄nimis ꝯtumeliaꝝ ꝑpeſſio. Hic grad⁹ fa
cit teneꝝ. Scd̄us.eq̄nimis iniuriaꝝ ꝑpeſſio. Hic facit teneriorē. Terci⁹. eq̄nimiſ
ꝟbeꝝ ꝑpeſſio. Hic facit tenerrimū. Oēs iſtos ḡdus māſuetudis habuit ĩ ſe chri/
ſtus. Itē ꝟmicul⁹ dicit̃ chriſt⁹.nō ſolū ꝟmis.ꝓpter oīmodā hūilitatē quā habuit
in ſe. Quia ſubdidit ſe maiori et pari.i.deo patri.cui eq̄lis eſt ſ̄m diuinitatē. ſ; mi/
nor eſt ſ̄m hūanitatē. Subdidit etiā ſe matri ſue et ioſeph ob grām mr̄is .ſic d̄r
Lu.ij. Et erat ſubdit⁹ illis.q̄ longe inferiores eo erāt. Subdere ſe maiori.fac hu
milē. Subdere ſe pari.facit humiliorē. Subdere ſe mīori.facit humillimū. ¶ Et
nota q̄ dicit̃ ligni ꝟmicul⁹. Lignū ſignificat peccatū.ibi.i. Cho.iij. Lignū fenū
ſtipulam ⁊c̃. Uermicul⁹ mollis terebrat lignū durū.et chriſt⁹ in hūili paſſiōe ſua
q̄ntū in ſe fuit.toti⁹ mūdi peccata terebrauit ⁊ ꝯſumpſit.
Sequit̃. [ Qui octingētos interfecit impetu vno. ] Quere expoſitionē. C

¶ Hec cathedra fuit

Hec ca thedra fuit
- Cōpoſita q̄ſi ope tornatili.i.ſubtili artificio ſpūſſcti.q̄ dicit̃ oīm artifex. Sap.vij.
- Rotundata ꝑ membra ſingula.per deſideriū celeſtis p̄mij.
- Plana. leuis .et circūpolita.et ſine ſcrupulo alicui⁹ peccati.
- Quaſi ꝑforata ſeu terebrata ex ꝯpaſſione dolorū filij.iuxta illud Lu.ij. Tuā ipius animā ꝑtrāſibit gladius.
- Colorata et q̄ſi depicta virtutū oīm colore multiplici. ſ.minio charitatis.viridi fi dei imarceſcibilis.ſinopide patiētie ſingularis.iacinto ſiue lazurio ꝯtēplatōis .vel etiā pauptatis.cui⁹ ē regnū celoꝝ. Uel etiā dici p̄t q̄ q̄ſi depicta et rubricata ē ĩ ſā guine dñice paſſiōis.cuius ꝯpaſſio eidem ꝓ martyrio reputat̃.
- Quaſi q̄ttuor habens pedes.i.q̄ttuor cardinales.ipam ĩ oī ḡtia ⁊ ꝟtute ſuſtētātes.
- Habens etiā ſedile et q̄ſi puluinar.i.trāquillitatē carnis et ſpūs.q̄a caro ei⁹ nō cō/ cupiſcebat aduerſus ſpm̄.nec ecōuerſo. Et ideo tā in carne q̄; in ſpū ipi⁹ pauſauit q̄ete ſapiētia dei. ¶ De materia hui⁹ cathedre aſſignari p̄t ſicut ſup̄ dictū eſt d̄ ar cha et throno.ferculo.et ſolio.

Hic ſcri/bendū de curru et lectica

Maria ſcabellum ¶ Titulus ix.

Scabellum ] De quo d̄r in p̄s. [ Adorate ſcabellū pedū ei⁹.qm̄ ſanctum eſt ]
Dicit̃ ſcabellū a ſcādendo ꝓprie q̄d apponit̃ ad aſcēſum lecti. Ab alijs aūt
dicit̃ ſuppedaneū.eo q̄ ſub pedib⁹ ſit. Scabellū chriſt⁹.q̄d fecit q̄ſi quēdā;
gradū ad marie dignitatē manifeſtandā.vt ſupra dictū eſt de ſolio. Uel ſcabellu;
crux.cui pedes dñi ꝯfixi ſteterūt ỉſraliter. Hoc q̄ſi adorat et venerat̃.et q̄ crucē dñicā
glorificat.et q̄ ad exemplu; chriſti penitētiā ſuam reuerēter exequit̃. vt penitentie

 D

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

chriſti particeps efficiat᷑. Uel ſcabellū iſtud in quo pedes dn̄i ſteterūt. glioſa ꝟgo
digniſſima omni laude reuerētia et honore. q̄ tria ſignant᷑ in ꝟbo adorādi. Sicut
enim chriſti diuitas deſignat᷑ ꝑ caput. vn̄ .i. Chor᷑. xi. caput chriſti deus. ſic et ei⁹
hūanitas in qua venit ad nos ſicut pedibꝫ ambulat᷑ deſignat᷑ ꝑ pedes. Un̄ pater
ꝑmittit filio. Ponā inimicos tuos ſcabellū pedū tuoꝝ. Hoc ſcabellū ad lr̄az ado
rauerūt tres magi. Mat. ij. Adorātes filiū ſedētē i gremio matr̄ ſue. Itē. In ſca/
bello q̄eſcūt pedes. et chriſt⁹ deus et hō req̄euit in vtero virginali ſine motu ⁊ ſtre
pitu ꝯrio. De h̄ ſcabello p̄t exponi illō Exo. xxiiij. Sub pedibꝫ eius q̄ſi opus la/
pidis ſaphirini. et q̄ſi celū cū ſerenū eſt. De ſcabello aureo habuiſti ſup̄ titulo. iij. ꝺ
ſolio. quod poteſt cōgrue hic adaptari.

## Maria lectulus ſalomonis — Titulus x.

Verſus tercius — Lectulus .] Un̄ Canti. iij. [En lectulū ſalomōis ſexagita fortes ambiūnt ex A
fortiſſimis iſrael. oēs tenentes gladios. et ad bella doctiſſimi. Uniuſcuiuſ/
qꝫ enſis ſup ꝑ femur ſuū. ꝓpter timores nocturnos. ] Hec poſſunt eſſe ꝟba
angeloꝝ deſcribētiū q̄nto ſtudio angeli famulabant᷑ in terris virgini glorioſe. Le
ctulus ſalomōis. i. veri pacifici. btā virgo dicit᷑. in q̄ deitatis inclinato capite. dei fi
lius req̄euit. velut i lectulo. Un̄ ipa dicit. Et q̄ creauit me req̄euit in tabernaculo
meo. Cū aūt ſicut dicit apl̄s. oēs ſpūs celeſtes admīſtratorij ſint et mittāt᷑ i mi/
niſteriū ꝓpter eos q̄ hereditatē capiūt ſalutis. et nō ſolū ad miniſteriū hoīm mino
res mittant᷑ ſpūs. ſed etiā ſupiores et de ordine ſeraphin. q̄ ꝓpter charitat̄ ardo/
rē dicunt᷑ flāma ignis. vl̄ ignis vrēs. vnde p̄s. q̄ facit angelos ſuos flāmā ignis. vl̄
ignem vrentē. oſtendit᷑ in h̄ loco ꝙ ad cuſtodiā et obſequiū btē virginis nō inferio
ris ſed ſupioris dignitat̄ angeli deputati ſunt. cū dicit᷑ ꝙ hūc lectulū ambiūt ſexa
ginta fortes de fortiſſimis iſrl̄. Nam btām ꝟginē ambiebāt diligenti cuſtodia et
obſeq̄oſa reuerentia angelici ſpūs fortes inter fortiſſimos ſpūuz. q̄ ꝑ eo ꝙ aſſidua B
ꝯtēplatione deum ꝯſpiciūt. iſraelis noīe deſignant᷑. Et iſti fortes ſexagita dicūt᷑.
nō ꝓpter numerū ſed ꝓpter numeri myſteriū. Nā ille numer⁹ ex ſenario ꝯſtat ⁊ de
nario. Senari⁹ aūt ꝑfectōem ſignificat. denari⁹ q̄qꝫ q̄ regis habet imaginē ⁊ de/
cē nūmorū in ſe ꝯtinet p̄ciū. angelicā deſignat naturā. q̄ ad imaginē dei creata ē ex
p̄ſſius. et velut quedā denariū tres habꝫ potētias naturales. intellectū. volūtatē.
⁊ mēoriā. ſeptē donis ſpūſſcti iſignitas. Huic ſentētie ꝯcordat ꝙ ꝑ decē drachmas
in euāgelio nouē ordines angeloꝝ et hūana natura ſignat᷑. Igit᷑ ꝑ ſexagita fortes
illi ſign̄t᷑ ſpūs. qui in ſubtilitate naturaliū. et abūdantia ſpiritualiū graꝝ. ⁊ exp̄ſſi/
ori creatoris ſil̄itudine q̄dam ꝑfectōe ceteris p̄minere noſcunt᷑. Hoꝝ aūt fortitu/
do prudētia et obſequij ꝓmptitudo demōſtrat᷑ cū dicit᷑. [oēs tenētes gladios .] ⁊ cete
ra q̄ ſequunt᷑. In gladijs ſigtur poteſtas debellādi malignos ſpūs. Cū dicūt᷑ [ad
bella doctiſſimi .] oſtendit᷑ eoꝝ prudentia ad obuiādū ꝯtra oēs inſult⁹ ꝺmonū. Cū
dicitur. [vniuſcuiuſqꝫ enſis ſup ꝑ femur ſuū .] oſtēdit᷑ q̄ꝫ ſint expediti q̄ꝫ pati ad ꝓliū.
Nam hoīes pugnaturi dū expecrāt aduerſariū. ſup ꝑ femur ſuū extractū ſolēt tene/
re gladiū. Quare aūt iſti fortes hūc lectū ambiāt. demōſtrat᷑ cū ſubdit᷑. [ꝓpter timo
res nocturnos .] ad repellendū videlicꝫ nō ſolū tēptatōes g̃uiores. ſed etiā illā bre/
uem et modicā q̄ ꝑ timorē nocturnū deſignat᷑ in p̄s. vbi legit᷑. Nō timebis a timo/
re nocturno. Nam ꝑ miniſteriū angeloꝝ ſic a btā ꝟgine repulſa eſt oīs tēptatio. ꝙ
poſt ꝯceptōem filij nec etiā venialiter peccaſſe credatur.

Domin⁹ pariſien̄. — Item De hoc lectulo. i. virginali vtero exponit᷑ illud Canti. i. [Lectul⁹ noſter flori/ C
dus .] Lectul⁹ hic vterus virginal̄. in q̄ ſponſus beatiſſimā copulā celebrauit. qua
hūane nature dignat⁹ ē cōpulari. Lectul⁹ autē dicitur et nō lectus ꝓpter hūilita
tem. et q̄nto lectulus fuit hūilior. tāto amplexus iocundior et ſocietas inſepabili
or. et ipa vnio vnior vt ita dicā fuit. Florid⁹ fuit lectulus iſte. omniū ꝟtutū velut
florū varietate. Ibi roſa excellētiſſime charitatis. Ibi lilium ſingulariſſime caſti/
tatis. Ibi viola omnimode hūilitatis. Et q̄d dicam. Ibi ortus eſt. ⁊ inde ort⁹ eſt
ille q̄ dicit. Ego flos campi ⁊c̄. Cañ. ij.
Item Lectulus diminutiuū ſignat hūilitatē marie. i q̄ chriſtus req̄euit ſine ſtrepitu D

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

prauoꝝ motuū et ſtrumis ſupbie. Scḋm beatū bern̄. p ferculū ſalomōis ſignifi-
cat̄ ꝓprie corpus marie ſicut infra notabit̄. p lectulū aīa eiuſdē in q̄ beata trinitas
reqeuit. Non dicit̄ autē vnde fact⁹ ſit lectulus. q꞉ ineffabil' ē dignitas aīe ipi⁹ vir
ginis. De materia ꝟo ferculi. i. corꝑis ei⁹. qḋ p bonam oꝑatōem ſe circūferebat et
exercebat̄. aliq̄d ampli⁹ patet. Solet aūt lectul⁹ in thalamo ſterni. ⁊ iuſtiſſimum
erat. vt q̄a beata virgo hic facta ē thalam⁹ lect⁹ et tricliniū toti⁹ trinitatis. ibi ho
ſpitaret̄ in hoſpitio trinitat̄. Jdeo audacter dicim⁹ ꝙ ī thalamo trinitat̄ colloca
tus ē lectus ille. vt poſt labores q̄s ſuſtinuit ī p̄ſenti cū filio. ibi q̄eſcat ineternū
Et notandū ꝙ in illa celeſti hieruſalē q̄ſi triplex edificiū poteſt aſſignari. ſ. atriū. pala E
ciū. thalamus. Atriū ꝯuenit illis angelis. q̄ diſcurrūt ad nos in miniſteriū. Pala-
tiū illis. q̄ ſemꝑ aſſiſtūt creatori. Thalam⁹ ſūme trinitati. Jn q̄ thalamo mariam
credimus collocatā ad dexterā filij ſui. Jpa etiā lectul⁹ ē quo ad nos. quia ſicut ī
lectulo q̄eſcimus. ita p eam ad ꝟtutes attingim⁹. in quib⁹ aīa reqeſcit q̄ prius ī vi
cijs laborabat.

## ¶ Maria requies dn̄i ¶ Titulus xi.

Et reqes. Vn̄ Jſa. xi. vbi nos habem⁹. erit ſepulcrū ei⁹ glorioſū. dicalia A
lr̄a. erit reqes ei⁹ glorioſa. i. gl'ioſa dn̄a erit reqes eius. Vn̄ ipſemet dicit ī
p̄s. Hec reqes mea in ſeculū ſecl'i ⁊c̄. Jpa etiā reqes quā in oīb⁹ q̄rebat fili⁹
dei qui eſt ſapia. Eccl'i. xxiiij. quā inuenit in ea. ſicut ipa dicit ibidē. Qui creauit
me ſcḋm ꝙ de⁹ fili⁹ me⁹. ſ. p quē oīa facta ſunt reqeuit ſcḋm ꝙ hō in tabernaculo
meo. i. in corꝑe nouē mēſib⁹ et ſex dieb⁹. Et bene dicit reqeuit q꞉ nihil ibi inue
nit qḋ eū moleſtaret. Nō ei vagiebāt ibi paruuli babilōis. i. ꝑaui mor⁹. Nō erāt
ibi fumus aut ſtillicidiū aut mala vxor. q̄ tria expellunt hoīem a domo ſua. Fu-
mus ē ſupbie vanitas. Stillicidiū. diabolicaꝝ tēptationū aſſidua īportunitas.
Mala vxor. ꝯſciētie acule⁹. Reqeuit q̄a nō inuenit carnē meā ꝯcupiſcentē aduer
ſus ſpiritū. vel ecōuerſo. Ad gal'. v. eo ꝙ īgrediēs dixerit. pax huic domui. Mat.
x. Jn tabernacl'o meo ſcḋm carnis mee ꝗ̄ ſpūs mei. Licet eni cor virginis ꝯgrue
dici poſſit tabernaculū et tricliniū toti⁹ trinitatis. tn̄ ꝯgrueti⁹ venter ei⁹ dicit̄ tab
naculū. qḋ ꝓprie eſt ꝑegrinātiū et militantiū. Qui ḡ nūc reqeſcit in tabernaculo
meo. i. ī me tēplo ſuo. Jpe qn̄ venit ꝑegrinari in mūdo fact⁹ ꝑegrin⁹ etiā filijs ma
tris ſue ſynagoge. Futur⁹ q̄ſi colonus et q̄ſi viator declinās ad manendū. Hiere.
xiiij. vt militia eſſet vita hoīs ſuꝑ terrā. Job. vij. vt alligaret fortē armatū. et vaſa
ei⁹ diriperet. et arma auferret in q̄b⁹ ꝯfidebat. Lu. xi. palā triūphans principat⁹ et
poteſtates in ſeipō. Ad col'. ij. Vn̄ inquā ſic venit ꝑegrin⁹ viator militaturus. fo-
ris nō māſit ꝑegrin⁹. ſed hoſtiū meū ipi viatori patuit. Job. xxxi. et ingreſſus req̄
euit in tabernacl'o meo. vbi ī pace fact⁹ ē loc⁹ ei⁹. Chriſt⁹ eni aggreſſur⁹ pugnaꝫ
ꝯtra mundū et diabolū in vtero virginis armauit ſe pauꝑtate ꝯ diuitias. Humili-
tate ꝯtra ſupbiā. Carnem virgineā ꝯtra luxuriā induēs p lorica
Itē maria ē illa reqes opulēta. q̄ ꝓmittit̄ populo fideli. Jſa. xxxij. Sedebit popul⁹ B
meus in pulcritudīe pac̄. et in tabernacul' fiducie. et in reqe opulenta.

## ¶ Maria habitatio ¶ Titulus xij.

Habitatio chriſti. ſ. q̄ dicit de ea. Hec reqes mea in ſeculū ſeculi. hic habita A
bo quoniā elegi eā. Vn̄ canit eccl'ia. Elegit eam de⁹ ⁊c̄. Dicit̄ aūt habita-
tio ab habēdo. q̄a ſol⁹ chriſt⁹ habuit vteꝝ virginalē ad inhabitādū. Vn-
de dicit marie Zacha. ij. Lauda et letare filia ſyon. q꞉ ecce ego venio et habitabo ī
medio tui. ait dn̄s. Itē. Jn pace factus eſt loc⁹ ei⁹. i. in maria pacifica. Et habita
tio eius in ſyon. i. in ſpecl'o. qḋ eſt maria. Itē maria habitatio diuitat̄. q̄a chri-
ſtus habitauit in ea in q̄ ſicut dr̄ ad Col'. ij. habitat oīs plenitudo diuitat̄ corꝑa
liter. Jtem maria habitatio filij quē in ventr̄ ſuſcepit hoſpitio. cui dicit̄ Jſa. lxij.
Vocaberis volūtas mea in ea. et terra tua inhabitabit̄. i. caro tua fecūdabit̄ chri
ſto eā inhabitāte. Itē Jſa. lxij. Habitabit iuuenis cū virgine. i. fili⁹ cū matre.
Chriſtus enim p nobis factus eſt iuuenis ſcḋm humanitatē. antiquus dieꝝ ſcḋm di
uinitatē. vt videlicꝫ p eū noſtraꝝ renouaret̄ vt aquile iuuentus aīaꝝ. Habitabit

inq̃ꝫ filius cũ matre.⁄ que circũdedit eũ gremio vteri ſui. Hiere. xxxi. ſ. thalamo vir
ginalis vteri. Vñ canit eccl'ia. Mũdum pugillo continẽs ventris ſub archa clau⁄
ſus eſt. Et hoc eſt qḋ ipa dicit Ecci. xxiiij. Girũ celi circuiui ſola ⁊c. Cũ enĩ filius
dei ꝓus eſſet circul⁹. cuius centrũ vbiqꝫ. circũferentia nuſqꝫ. beata virgo dedit ei
circũferentiã carnis. in qua habitaret plenitudo diuinitatis corꝑaliter. Chriſtus
enim girus ẽ ingirabilis ꝯtinens omnia. Et merito panis q̃ de celo deſcendit ĩ ar
cha matris ſue clauſus fuit. vt ipa daret nobis panẽ de archa ſua. quia filius da⁄
tus eſt nobis. Iſa. ix. Sed trãſlata ẽ archa iſta ad celũ. vt deinceps dicam⁹. Pa⁄
ter nr̃a que es in celis. panẽ noſtꝝ q̃tidianũ da nobis hodie de archa tua. i. de ar⁄
cha que tu es. Itẽ. Ad lr̃am chriſt⁹ iuuenis. i. duodecim annoꝝ. et deinceps habi
tauit cum btã virgine ꝑ filialem reuerentiã et ſubiectõnem obedi͂etie. Luce. ij. Et
dicit̃ chriſt⁹ iuuenis q̃ſi iuuãs nos. quoniã ad h̃ venit clamãte ad eũ hũana natu⁄
ra. Exurge in adiutoriũ mihi. Iuuit etiã mr̃em ſuã. Unde ps. Adiuuabit eã ma⁄
ne diluculo. Quere li. iiij. ti. xxviij. de ſanctificatõe eius. Itẽ. ⌊Hec reqes mea⌋ vt
ſupra. ⌊hic habitabo⌋ ſcꝫ nouem menſib9 in ea. multis annis cũ ea et ſub ea. Ha⁄
bitans in ea chriſt⁹ replebat eam ſingulari gr̃a cariſmatũ. habitans cũ ea paſcebat
eã incomꝑabili ſuauitate moꝝ et diuinoꝝ deſiderabili ſapĩa ſermonũ. Nũc autẽ
in ea et cũ ea ſicut intermĩabili euo. ſic incõprehẽſibili modo ſatiat eã beatificãtiũ
gl'ia viſionũ. foris q̃dem gl'ificate carnis formã exhibens. intus aũt formã verbi
glorificãtis imꝓmens. Itẽ. Maria habitatio oĩm iuſtoꝝ et beatoꝝ. Vñ dicit B
ei ꝓpheta. ⌊Sicut letantiũ oĩm habitatio eſt in te⌋ o maria. Iſidor⁹. Ipa ẽ enim
⌊habitatio letantiũ⌋. ſ. ꝑſeuerantiũ in ea. qḋ notat nomẽ habitatõis. et bene dicit.
⌊letantiũ⌋ quia q̃cunqꝫ dolẽs ad illã piiſſimã ꝑcordialiter ſe ingerit. nõ eſt exſors
gaudioſe ſpei. Itẽ de hac habitatõne dr̃ Abac. iij. ⌊Sol⌋. i. diuinitas ⌊et luna⌋. i.
hũanitas ⌊ſteterũt ĩ habitaculo ſuo⌋. i. in virginis vtero. et bene dicit ⌊ſteterũt⌋ q̃a
ſtare obedientis eſt.

## Maria cellula. Titulus xiij.

C Ellula ⌊ꝯtinens in ſe occultatũ mel celeſte. chriſtũ. ſ. q̃ dulcis ẽ refectio an⁄
gelorũ. Quod videlicꝫ mel ꝓpinauit hec cellula mũdo famelico.⁄ q̃n peperit
ſaluatorẽ. Ideo dicit̃ ei Cañ. iiij. Mel et lac ſub lingua tua. Quere li. iiij. ti.
xxvi. de dulcedine marie. Qḋ ẽ dicere. Fili⁹ dei ĩ duab9 naturis ſub carne tua. Vl'
⌊ſub lingua⌋ q̃a ẽ verbũ patris. Vel ⌊ſub lingua⌋ q2 abſconditũ in vtero matris.
Vel ⌊ſub lingua⌋ q2 q̃cito reſpondit. fiat mihi. deſcendit in eã filius dei. Mel qḋ
venit de celi rore.⁄ diuinitas que eſt ſuꝑ oĩa. Lac qḋ de carne exprimit̃.⁄ humanitas
que deorſũ aſſumpta ẽ. Vñ fili⁹ patri Iob. x. Nõne ſicut lac mulſiſti me ⁊c.

## Maria nidus. Titulus xiiij.

N Idus ⌊quem. ſ. nidũ chriſtus ſignatus ꝑ aquilã eleuatus in celũ ad ꝑceptũ A
patris. Iob. xxxix. poſuit in arduis. cũ matrẽ ſuã in aſſumptõe etiã ſuꝑ an
gelos collocauit. In ps. ⌊Paſſer⌋. i. chriſtus q̃ dicit. vigilaui et fact⁹ ſũ ſic
paſſer ⌊inuenit ſibi domum⌋. i. virginalem vterũ ⌊et turtur⌋. i. idem chriſt⁹ de quo
dicit̃ Canti. ij. vox turturis. i. ꝑdicatio chriſti. audita eſt in terra nr̃a ⌊nidũ⌋ ſibi. i.
eundem vterum.

Maria nidus. quia nidus B

- Conſtruitur ex plurib9 ramuſculis. Et corpus marie ex plurib9 virginalib9 mẽbris
Vñ dicit patri Iob. x. Oſſib9 et neruis compegiſti me ⁊c.
- Aſper exterius. ſ. in carne ꝑ abſtinentiã et eius macerationẽ. mollis et ſuauis inte⁄
rius ꝑ mentis benignitatem.
- Concauus per humilitatẽ interiorem.
- Spericus ꝑ eternoꝝ inquiſitõem. Col. iij. Que ſurſum ſunt querite ⁊c.
- Abſconditus. quia maria mortua erat mundo. ⁊ tota vita eius abſcondita fuit cũ
chriſto in deo. Ad colo. iij.
- Suſpenſus ꝑ contemplatõem. Iob. vij. Suſpendiũ elegit anima mea. Leuabat
enim ſe iugiter ſupra ſe. Treno. iij.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Clauſus inferius ꝑ amorē paupertatis. hoc ad terrena. que oīa ꝓpter chriſtuꝫ arbi-
trabat̃ detrimēta. ⁊ vt eū lucrifaceret reputabat ſtercora. Phil'. iij.
¶ Apertus ſupius ꝑ deſideriū ſupne beatitudinis. q̄ſi diceret cū dauid. Dn̄e ante te
omne deſideriū meū ⁊c̄.
¶ In eo q̄eſcit auis. i. chriſtus. Unde ipa dicit. Qui creauit me req̄euit ī tabernacl'o
meo. Sili' iuſtus in mūdo p̄ſſuras. in maria pacē inuenit ⁊ q̄etem.
¶ In nido ponit et fouet auis oua ſua et pullos. i. opa et bonos motus. ſic et vir iu-
ſtus in maria.
Itē. Maria nidus colūbe. i. receptaculū ſpūſſancti. q̄ ſicut colūba deſcēdit ī chriſtū. C
Lu. iij. et Joh. i. Unde ei dictū ē. Spūſſctūs ſupueniet ī te. Uel [colūbe] i. chri-
ſti. qui dr̄ colūba. Hiere. xxv. [Facta ē terra eoꝝ in deſolatōem. a facie] i. ab iſtā
tia [ire colūbe] i. chriſti. qui etiā qn̄ punit trāquillꝰ ē in ſe. et q̄ nō ꝯtinet in ira ſua
miſericordias ſuas. Et nota ꝙ nulla auis pauperiorē facit nidū q̄ꝫ colūba. qꝛ pau
ꝑculā et humilē iſtam elegit chriſtꝰ et p̄elegit. ī cuiꝰ vtero nouē mēſibꝫ corꝑaliter.
⁊ in cuius aīa in eternū ſpiritualiter habitaret.

¶ Maria cella ¶ Titulus xv.

Verſus quartꝰ Cella [que dicit̃ a celādo. qꝛ celauit et occultauit nouē menſibꝫ filiū dei. Un̄ A
dic ei Iſa. xlv. Uere tu es deꝰ abſcōditus. Nota ꝙ h̄ nomē cella equocum
eſt. In cellis enī ſolebāt antiq̄ religioſi ſingl'ariter habitare. ſic adhuc patꝫ
in carthuſienſibꝫ. q̄ habitāt ſingulares in ſingul' cellis. Et maria ſingularꝭ cella.
q̄a ſingulariter virgo et mater ſingularis fuit chriſti habitatio nouē menſibꝫ. qui
forma ē et exēplar totiꝰ ꝑfecte religiōis. Cella etiā idē ē qđ cellariū. et maria cella
eſt vinaria. Et gr̄a eius cōgrue compat̃ vino. q̄a quos replet facit audaces. forteſ.
obliuioſos. et inſenſibiles. et hmōi. Cella etiā vinaria ꝓpter ſpūaliū bonoꝝ copiā.
que ideo dicunt̃ vina. quia reficiūt. iocundāt. et inebriāt. ſicut patet in ioſeph reli-
quenti palliū egiptie. Gen̄. xxxix. Et cōtinet hec cella tot genera vinoꝝ q̄t ꝟtutū.
q̄bus ſeruos ſuos reficit copioſe dicēs illis Can̄. v. Comedite amici bibite et ine-
briamini cariſſimi. De his inuenies lib. xij. particl'a. i. verſu. xij. de ortu. vbi maria
dicit̃ potās. Ipa eſt etiā cella illa vinaria q̄ celeſtis hierl'm omnes letificat manſi- B
ones. et oīa celi replet cellaria. et de plenitudie eiꝰ accipiūt celicole vniuerſi. Et
q̄nto bibunt copioſiꝰ. tāto ſitiūt ampliꝰ. Unde et ipa videt̃ dicere. Qui bibūt me
adhuc ſitiēt. In h̄ etiā qđ dicit [q̄ bibunt me] innuit ſe nō ſolū cellā. ſed etiā eſſe vi-
nū. Et vide quomodo cūcta replet celi cellaria. In plenitudine inq̄t ſanctoꝝ detē-
tio mea. h̄ eſt. omniū ſanctoꝝ plenitudo me detinet q̄ſi ſuā. q̄ſi me ſibi volēs vt ꝓ-
priam vendicare. nō tamē ꝙ alijs inuideāt qđ ſibi zelant. Nec ſolū maria cella ē
omīmoda vina ꝯtinens ſeu pocula. ſed etiā canal' ꝑ quā hec vina influūt in cella-
riū mentꝭ noſtre. et in eccl'iam catholicā q̄ eſt cellariū dn̄i. Ipa eſt cella omniū aro-
matū. Que ſunt. caſtitaſ. pietas. et hmōi. Omnes delicie. Locꝰ oīs voluptat'. Mul-
tū enim deliciarū ſibi compauit cella iſta aromatica. ex eo ꝙ chriſtus toto tp̄e cor-
ꝑaliter et ſc̄m deitatē inhabitauit eā. Si enī aromaticū q̄d ad modicū detineatur
in vaſe. ſtatim ipm̄ vas reddit̃ aromaticū. Quid ni beata virgo omnē patientiam
redoleat q̄ omnibꝫ impleta eſt vnguētis. omnibꝫ aromaticꝭ ſpeciebꝫ q̄bꝫ ſanata ē
infirmitas generis hūani. Unde dicit̃ ei [Mirra et gutta ⁊ caſia ⁊c̄ [a domibus
eburneis] Domꝰ eburnee ꝟgines ꝑ mundiciā. ſed ipa virgo ꝟginū. Plena etiam
fuit vnguentis ꝑ chriſti q̄ interꝑtat̃ vnctꝰ p̄ſentiā. Ipa etiā cella pigmētaria deſi-
gnata ꝑ domū ſaltus. iij. Regū. vij. Libro. i. ca. iiij. ꝙ maria domus ſaltꝰ libani.

¶ Maria apotheca ¶ Titulus xvi.

Et apotheca [chriſti medici. q̄ ꝑ mariā et lignū crucis venit ſanare mūdum A
languidū. qui ꝑ euā et lignum vetitū egrotabat. Uel potiꝰ ipa eſt apothe-
ca ſpūſſancti. in quam deſcēdit apothecariꝰ ſpūſſanctus ſupueniens in eā
in filij conceptōe. q̄ de puriſſima eiꝰ ſubſtantia cōfecit vnguentū. qn̄ filiꝰ dei totuꝫ
ſuſcepit quod eſt hominis et aſſumpte nature plenitudo diuitatis corꝑaliter ī ſe
infudit. ſine q̄ impoſſibile curari vulnera generis hūani.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Aliter. Unguentarius ſpũſſctũs. Eccĩ. xxxviij. cuiꝰ apotheca maria. Materia vn- B
gũẽti flos aſſumpte nature ⁊ adeps diuinitatis. In h̃ vnguẽto tria Odor. dulcor.
et liquor. Odore huiꝰ vnguẽti hoĩes naturalis legis ſola fidei deuotõe recreati
ſunt. et adhuc longe poſitũ q̃ſi quendã odorẽ de longe venientẽ expectabãt. Und̃
ꝓphetice dicebat yſaac de chriſto Gene. xxvij. Ecce odor filij mei ⁊c. Dulcore eiꝰ
delectati ſunt hoĩes ſcripte legis. q̃ q̃ſi in limine chriſti naſcẽtis poſiti. ſuauitatem
ꝓmiſſionis in lege et ꝓphetis accepant. Unde dicebat̃ Aggei. ij. Ecce venit deſi-
deratꝰ cũctis gentibꝫ. et implebit domũ iſtã glĩa. Et loq̃tur de ecclĩa vl̃ potiꝰ de
maria. Liquore eius ſanati ſunt homines gratie. qui ſacramentis que de latere
chriſti profluxerunt ſalubriter perfuſi ſunt. Unguentũ in alabaſtro repoſitũ. ver-
bum carni vnitũ. Quo fracto in paſſiõe. domus. i. ecclĩa repleta eſt ex odore vn-
Iſidorꝰ gũẽti. Joh. xij. Scdm̃ iſidorũ apotheca vl̃ horrea ꝓprie ſunt recõditoria vl̃ repo
ſitoria frugum e borataꝝ.

Maria gazophilatiũ ¶ Titulus xvij.

G Azophil. i. gazophilatiũ. quod ẽ archa. vbi colligunt̃ in tẽplo ea q̃ ad indi
g gentiã paupeꝝ vl̃ edificatõem tẽpli mittunt̃. Compoſitũ eſt aũt h̃ nomen
de lingua perſa et greca. Lingua enĩ pſarũ dicit̃ gaza theſaurꝰ. grece ỽo phi
lation cuſtodia interp̃tatur. Bene maria gazophilatiũ vtriuſqꝫ ecclĩe. quia q̃cq̃d
boni nobis paꝝgibꝫ dare diſpoſuit municẽtia diuina. in ipa velut ĩ q̃dam gazo-
philatio cõgregauit. Unde dicta eſt grã plena. ad raſum ꝓpter ſe. ad cumulũ ꝓpt̃
nos. Uñ poſtea ſubdidit angelꝰ. Spũſſctũs ſupueniet in te.

Maria bibliotheca ¶ Titulus xviij.

B Ibliotheca. i. locꝰ vbi reponunt̃ libri. Biblio enĩ grece liber. theca repoſi-
b toriũ. In ipa ſiq̃dem q̃ſi repoſiti fuerũt omnes libri veterꝫ teſtamẽti ⁊ euan
gelioꝝ. quoꝝ omniũ plenã habuit noticiã. ſicut oſtẽdit in illo ỽſu cãtici ſui.
Sicut locutꝰ eſt ad patres noſtros ⁊c. De euãgelijs. i. de ſciẽtia euãgelica ibi Lu
ce. ij. Maria conſuabat omnia verba hec ⁊c.

Maria erarium ¶ Titulus xix.

Uerſus quintus E Rari. i. erariũ. quod dicit̃ ab ere. q̃a in ea congeſtũ eſt et cõmaſſatũ p̃ciũ re-
demptiõis nr̃e. Nam in vtero eiꝰ fuerũt omnes theſauri ſapiẽtie et ſcientie
abſcõditi. Colo. ij. Propter hoc etiã appellat̃ venter eiꝰ ſacculꝰ pecunie. Parabo.
vij. Quere li. i. ca. iiij. titulo grã plena poſt mediũ capituli.

Maria genezeum ¶ Titulus xx.

g Eneze. i. genezeum qđ dicit̃ a gene greco qđ eſt mulier. locus ſcꝫ vbi femi
naꝝ fit cõuentus. ad opus lanificij exercendũ. Mlĩeres iſte grẽ ſunt q̃ cõ-
uenerũt in ea ad texendã tunicã chriſti incõſutilẽ de q̃dam portõe gedeonici velle
ris. i. ſubſtantie virginalis. Et he ſunt mlĩeres de quibus dicit̃ Iſa. iiij. Apphẽ
dent ſeptẽ mlĩeres. i. ſeptẽ gratie ſpũſſancti vel grã ſeptiformis virũ vnũ. i. chri-
ſtum. in die illa. ſ. in die conceptõis ſue. qñ. ſ. femia circũdedit virũ. Hiere. xxxi.

Maria locus ¶ Titulus xxi.

L Ocus. Ipa eſt enim locꝰ voluptatis. Gene. ij. Quere li. xij. p̃ticula. i. vij. ỽ- A.
l ſu orti cõcluſi. vbi ortus dicit̃ irriguꝰ. Itẽ de his q̃ locũ faciũt delicioſuꝫ q̃
re ibidẽ. ix. verſu. vbi ortus dicit̃ denſus et vmbroſus. Itẽ talis locꝰ aptus
ad repiendũ latibulũ. quere ꝯſequenter ibidẽ. Itẽ. Ipa locꝰ electus a dñ̃o. de quo
ipe dicit. ij. Paralip. vij. Elegi et ſanctificaui locũ iſtum ⁊c. Elegi ꝑdeſtinãdo.
ſãctificaui ab originali purgãdo. fomitem extinguẽdo. vl̃ vſqꝫ quaqꝫ reprimẽdo
locum iſtũ. i. mariã. vt ſit nomen meũ ibi ⁊c. Conſimilẽ expoſitõem ĩuenies in
fra. E E. titulo. xxxi. ꝙ maria domus ſapiẽtie. Et qđ hic dicit̃ de loco. habet̃ ibi
de domo. iij. Regũ. ix. Item de hoc loco Hiere. xvij. Solium glorie altitudĩs a
p̃ncipio. locus ſanctificatõis nr̃e expectatio iſrael. Quere primã particulã ſup̃ ti.
iij. de ſolio. Ipa enim eſt locꝰ ſanctificatõis noſtre. quia ipa eſt templũ dei ĩ q̃ di
uina myſteria celebrãt̃. p q̃ ſcificant̃ q̃ de peccõribꝫ fiunt iuſti. Et in ipa celebratũ
fuit illud ſacramentũ ex q̃ noſtra ſanctificatio ꝓceſſit. De q̃ ſacramẽto. i. Thi. iij.

Manifeſte magnū ē pietatis ſacramentū. Et appellat̄ hic [ſacramentū pietat̄] 
incarnatio ſaluatoris. qđ. ſ. [ſacramentū pietatis] celebratū eſt in tēplo vteri vir/
ginalis. Ideo recte vter⁹ marie [locus] dicit̄ [ſctificatōis] totius hūani generis. B
et ipa eſt [expectatio iſrael] .i. gloria beatorū. Vel ideo dicit̄ ipa loc⁹ ſanctificatōiſ.
quia ipam ad h̄ mūdauit et ſanctificauit chriſt⁹ vt poſſet mūdare et ſanctificare
nos. Recurre ergo ad eā/ quotiēs amiſeris peccādo ſanctificatōem tuam. Itē Nu
meri .ix. dicit̄ de hoc loco. Cū ablata fuiſſet nubes q̄ tabernaculū ꝓtegebat. tūc pfi
ciſcebant̄ filij iſrael. et in loco vbi ſtetiſſet nubes caſtramentabant̄. Loc⁹ hui⁹ nu/
bis .i. marie/ cuiuſlibꝫ virtutis exercitiū quo in dei ſeruitio occupabat̄ .ſ. modeſtia.
humilitas. patientia. et hmōi. Item Ezech. iij. Benedicta gloria dn̄i de loco ſuo.
Parab. x. Gloria patris filius ſapiēs. Item [In pace] .i. in maria pacifica. q̄ quia
pacis amica ſignatur p oliuā et colūbam [factus eſt locus ei⁹] .i. chriſti vel totius
trinitatis cui⁹ ipa eſt nobile tricliniū. Itē in aggeo. ij. dicit̄ de maria. In loco iſto
dabo pacem. Nam in vtero eius facta ē pax inter deum et hominē p matrimoniū
aſſumpte hūanitatis. Item Job. xxviij. Auro loc⁹ eſt in quo conflat̄. Quere īfra
titulo. xxiiij. q maria fornax. Itē Iſa. lx. dicit chriſtus. Locū pedum meoꝝ glori/
ficabo. Quere libro. ij. particl'a. i. cauſa prima. Item de hoc loco dicūt oēs realiter C
qui honorificant mariam. Adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius .i. chriſti.
Item Iſa. lx. dicit chriſt⁹ eccleſie. Gloria libani ad te veniet. abies et buxus ⁊ pi/
nus ſimul ad ornandū locum ſanctificatōis mee ⁊c̄. Locus ſanctificatōis dei fuit
beata virgo. non ſolū quia locū illū ſanctificauit dn̄s. vnde ſcificauit tabernacu
lum ſuū altiſſimus. iterū q̄a ipe dn̄s ibi voluit ſanctificari. Unde dixit Joh. xvij.
Aug⁹. Ego p eis ſanctifico meipm ⁊c̄. Ipe enim vt dicit aug⁹ ſcificauit ſe hominē in ſe
verbo. qn̄ factus eſt ſanctus ſcitate creata. q̄ ab eterno ſanctus fuerat ſcitate in/
creata. Unde dixit iudeis Joh. x. Quē pater ſcificauit et miſit in mūdū ⁊c̄. Tūc
enim pater filiū ſanctificauit/ cū eum p ſalute mūdi cū ſanctitate ꝯſtituit incarna
ri. Et hoc eſt quod dicit. [p eis ſanctifico me] Buxus humilis arbor eſt et parua.
abies et pinus arbores excelſe. Et tūc veniunt ſimul he arbores ad ornādū locuꝫ
iſtum. qn̄ ad marie ꝑconia extollenda ita ſe extēdunt humiles et parui/ ſicut ſubli
mes et magni. Itē ipa locus terribilis demonibꝰ. ſ. ⁊ aereis ꝑtatibꝰ. Un̄ dixit
iacob Gene. xxviij. Quā terribilis eſt locus iſte. nō eſt hic aliud niſi dom⁹ dei et
porta celi. Item. Ipa locus oratōis. Libro. ij. particula. v. ca. iij. đ exorāda maria.
Ipa locus ſolij domini. Ezech. xliij.

Maria horreum ¶ Titulus xxij.

De h̄ verſu deſunt duo pedes
Horrea [.i. horreum quod nō poteſt poni in verſu. Horreū repoſitoriū eſt
frumenti. Et maria continuit in ſe frumentū quo in ſacramento altaris re/
ficiunt̄ homines et angeli. Unde et ipa deſignat̄ p horrea ioſeph que fecit ī
egipto. in quibus ſeruatū eſt frumentū ꝑparatū ſeptē annorū fami. quod niſi ſub/
ueniſſet. totus mundus fame ꝑijſſet. Sicut autē ille ioſeph frumēta ſeruauit non
ſibi ſoli ſed omni ppl'o. ſic et ioſeph vir marie panē viuum e celo ſeruandū accepit
tam ſibi q̄ꝫ toti mūdo. Ideo marie dr̄ Cañ. vij. Venter tuus ſicut aceru⁹ tritici
⁊c̄. Quere ſup̄ li. iiij. ti. xij. de virginali fecūditate marie. Sicut autē frumētū illđ
clauſum fuit in horreo/ ſic chriſtus granū frumenti. Joh. xij. in ventre virgineo.
Item Ipa deſignata ē p horrea dom⁹ dn̄i/ in q̄bus reponebant̄ decime et primi/
tie. ij. Paral'. xxxi. Continuit etiā in ſe frumentū illđ .i. verbū dei q̄ paſcunt̄ colūbe
.i. fideles aīe. Unde dr̄ Lu. ij. Maria aūt cōſeruabat omnia ꝟba hec.

Maria piſtrinū ¶ Titulus xxiij.

Verſus ſextus
Piſtrinū] quod ſm̄ iſidoꝝ dr̄ q̄ſi piliſtrinū a pilo. q2 antiq̄t⁹ pilo tundebat̄
ḡnū anteq̄ꝫ molaꝝ vſus eſſet. Unde antiq̄tus nō molitores ſꝫ piſtores di
cti ſunt. q̄ſi fiſſores a findendis granis frumēti. Uter⁹ autē ꝟginis ꝯgrue
pt dici piſtrinū ſm̄ vſum modernoꝝ. q̄a ibi piſt⁹ fuit panis vite. Unde ſignata ē
p ſaram cui dixit abrahā Geñ. xviij. Accelera. tria ſata ſimile ꝯmiſce et fac ſubci/
nericios panes ⁊c̄. Quere li. i. ca. vij. gr̄a plena. ꝓpe finem capituli.

¶ Maria furnus ¶ Titulus xxiiij.

FUrnus] generis maſculini qui deriuatur a farre. quoniã panis ex eo fact⁹ ibi coquit̃. Aſſigna vt infra de clibano.

¶ Maria clibanus ¶ Titulus xxv.

CLibanus] q̃ dicit̃ a cliuo. ab eo .ſ. ꝙ in erectõe ſit collectus. Cliuũ enĩ idem eſt qđ flexuoſum. In flexuoſitate hũilitas ſignat̃. Per clibanũ intelligi põt vterus virginal'. Unde ſup illđ Leui. ij. Cũ obtuleris ſacrificiũ coctũ in clibano. dicit gloſa. Uterus btẽ virginis cliban⁹. Itẽ ſup illud Leui. vij. Omẽ ſacrificiũ ſimile qđ coquit̃ in clibano ⁊c. dicit gloſa. In quo ſignat partũ virginis. Sicut enim clibanus ꝑmo ignẽ/ deinde panes ſuſcipit. ſic vterus virginis ꝑmo ignẽ. i. ſpiritũſanctũ. ſcđo panem vite. i. filiũ dei ſuſcepit. Et hic ordo deſignatus eſt ibi. [Spũſſctũs ſupueniet in te] hoc ꝑmo [et virt⁹ altiſſimi obumbrabit tibi] ħ ſecũdo. Uel etiã dici pt ꝙ ſimul et ſemel et ignẽ ſuſcepit et panẽ. i. chriſtũ q̃ ignis ꝯſumens eſt. Deutero. iiij. Et q̃ panis eſt viuus q̃ de celo deſcẽdit. Joh. vi. Decoct⁹ autẽ fuit hic panis igne charitatis ipi⁹. et ħ nouem menſibꝫ. et in natiuitate eductus ẽ de clibano. Unde fili⁹ dicit patri. Tu es q̃ extraxiſti me de ventre ⁊c. Iterũ aũt fuit q̃ſi recoctus in clibano. i. in ardore paſſiõis. vt eſſet panis bis coct⁹. q̃ cõpetit tendẽtibꝫ ad ſupnam hieruſalem in naui penitẽtie. Comedit̃ aũt quotidie ĩ ſacramento. ſed nõ competit niſi veris peregrinis.

¶ Maria fornax ¶ Titulus xxvi.

FOrnax] Fornax dicit̃ ab igne. q̃a fos grece ignis latine. In vtero ſiquidem virginali veluti ĩ fornace ineffabiliter ope ſpũſſancti artificis/ fuſũ et liquefactũ eſt aurũ deitatis. vt poſſet q̃ſi decurrere in figuras et modulos noſtre infirmitatis. qui ſunt fames. ſitis frigus. cauma. laſſicies. egritudo. ⁊ mors. et ſic chriſtus in ſe recipe dignat⁹ ẽ caracteres nr̃e hũanitatis. Et ideo dr̃ Phil. ij. ꝙ habitu inuentus eſt vt hõ. De hac fuſione dicit̃ Job. xxviij. Habet argentũ venarum ſuaꝝ ꝑncipia. et auro locus eſt in quo conflat̃. Argentũ igne ſpũſſancti multipliciter examinatũ/ materia corporis chriſti decisa a ſpũſancto de puriſſima ſubſtantia virginis glorioſe. et adhuc amplius purgata et mũdata. Principia huius argenti fuerũt patres antiqui. a q̃bus velut quibuſdã venis ſm carnem ſucceſſiue deſcendit. et q̃bus exorta eſt virgo. Unde in natiuitate ei⁹ canit̃. Natiuitas glorioſe virginis marie ex ſemine abrahe ⁊c. Et ex qua chriſtus ſm carnem. Sequitur. [Auro locus eſt in quo conflat̃] Aurũ deitas verbi. Unde dic̃ ſpõſa Canti. v. Caput dilecti mei aurũ optimũ. Locus huius conflatõis vter⁹ virginalis. in quo ſpiritusſanctus ineffabiliter diuinã naturã et humanã in vnam cõflauit pſonam. Item de hac conflatõe dicit quidam eleganter in illo ꝯductu veri floris ſub figura ⁊c. Aurũ faber ſuo more/ ignis domans in ardore. flexu ducit leuiore. ſic ꝯflauit media ignem piũ g̃tia. quo flecti iuſticia. poſſet a rigore. Et ħ igne pietatis. flos emerſit claritatis. in incude caſtitatis. quã faber paclitus. formauit diuinitus. infundens humanit⁹. aurũ deitatis. Sic flos multis argumentis. ſenſum monet pie mẽtis. ſceptrũ regis ꝑpotentis. ſignat auri pcium. rubor lat⁹ ſaucium. ſplendor vero gaudiũ. chriſti reſurgent̃. Item vterus virginis ẽ illa fornax de qua dr̃ Eccĩ. xliij. [Fornacẽ cuſtodiẽs in operibꝫ ardoris ⁊c.] Uirt⁹ enim altiſſimi q̃ chriſt⁹ eſt. obumbrãs virgini in ſua ꝯceptõe. cuſtodiuit illã illeſam [i. operibus ardoris] i. dei trinitatis. q̃ ẽ ignis ꝯſumens. Deute. iiij. dũ de ſubſtãtia carnis eius ſapientia ſua et potẽtia velut duplici manu oparet̃ hũanitatẽ filij. Iſtđ meli⁹ inuenies libro. xij. titulo de ꝑmo delectabili orti ꝯcluſi. A

¶ Maria caminus ¶ Titulus xxvij.

CAminus] q̃ dicit̃ a caumate ſm iſidoꝝ. Charitas ſiq̃dẽ ceteroꝝ ſanctoꝝ fuit q̃ſi ignicul⁹ vl' ignis. ſed marie charitas vt caminus. Uñ Iſa. xxxi. [Uiuit dñs cuius ignis eſt in ſyon] i. ĩ aĩa ſctã [et camin⁹ ĩ hieruſalẽ] .ſ. ĩ maria. Nota ꝙ btã caro quã chriſt⁹ ſibi vniuit ĩ vtero virginali/ quodãmõ aſſata ẽ ⁊ mũdata p ſpũſſctũ anteꝗ̃ aſſumeret̃ a verbo. Uñ cũ dixiſſet angel⁹ marie de filio ex

ea naſcituro. hic erit magnus ꝛc. q̄ nō videbant̄ homī ꝯuenire. et ipa reſpōdiſſet. quomodo fiet iſtud. ac ſi diceret. quō ſic mūda erit caro. cū nemo mūdus a ſorde. r̄ndit angelus ſpūſſctūs. q̄ ignis eſt abſtergens rubiginē ſupueniet in te. vt ſcꝫ caro aſſumēda de ſuba tue carniſ. ab omī ꝯcupiſcētia et humore noxio dſiccet̄.

### Incipit tractatus de edificijs ad manendū

### Maria palatium ſummi impatoris et aula — Ti. xxviij.

*Verſus ſeptim⁹*

Aula. Eſt autē aula ſm̄ iſidoꝝ domus regia. ſiue ſpacioſum habitaculū ꝗtuor porticib⁹ clauſum. Palatiū vo dicit̄ a palāte pricipe archadie. i cui⁹ honore archades regiā conditā palatiū vocauerūt. Maria vo aula vel palatiū ē ſummi regis. Unde ī vigilia aſſumptōis eius dicit̄ in collecta. De⁹ q̄ virginalem aulā beate marie in q̄ habitares eligere dignatus es ꝛc. Et Ambroſius in hymno. Procedens de thalamo ſuo pudoris aula regia ꝛc. De hac aula ſiue palatio videt̄ ſenſiſſe poeta vbi dixit. Regia ſolis erat ſublimib⁹ alta colūniſ. Clara micante auro ꝛc. Chriſtus ſol iuſticie. Malach. iiij. Cuius regia vterus virginalis. Colūne huius regie/ virtutes marie. q̄ bene dicūt̄ ſublimes. q̄a angeloꝝ et hominū vniuerſas trāſcēdunt grās et vtutes. Infra ti. xxxi. de domo ſapiētie inuenies de colūnis. Fuit etiā clara. q̄a luce vera q̄ chriſt⁹ ē interius illuſtrata. Fuit deaurata auro fuluo nimis/ inſtar arche throni et ſolij. Et hoc eſt qd̄ dicit̄. Clara micāte auro. Quere. de pyropo.

*Apponē/da ſūt ali/q̄ de pul/critudine/ꝛ dignita/te huius/palatij*

### Maria tabernaculū — Titulus xxix.

Tabernaculū. De quo dicit̄ chriſto a pš. Dn̄e q̄s habitabit in tabernaculo tuo. i. ī beata vgine. Quaſi diceret. Nullus niſi tu ſoluſ. Propter qd̄ dr̄ Ezech. xliiij. Princeps ipe ſedebit in ea. Princeps ipe q̄ſi nō alius. Itē Tabernaculū corp⁹ chriſti. ſꝫ quis ibi habitabit p̄ dignā paſſiōis imitatōem. Quaſi diceret. Rarus aut null⁹. Tamē ad hāc habitatōem inuitat ipe Can̄. ij. ſpōſam ſuā. i. fidelē aīam dicens. Ueni colūba mea in foramib⁹ petre in cauerna macerie. Item Iſa. ij. Ingredere in petrā. abſcondere in foſſa humo. A

Habet chriſtus multiplex tabernaculū. Un̄ dicit̄ ei. Quā dilecta tabernacl'a tua domine virtutū ꝛc. Primū et digni⁹/ corpus qd̄ ſumpſit de virgine. Scd̄m/ ipſum corpus vginis. Terciū/ eccl'ia militās. Quartū/ eccl'ia triūphās. Quintū/ corpus iuſti. Sextū/ religio quelibet ordinata. Et de ſingulis pſequemur. B

De pmo dicit pš. In ſole poſuit tabernaculū ſuū ꝛc. Et h̄ multipliciter exponit̄/ ſm̄ qd̄ multe ſunt ꝓprietates ſolis. Sol enī tēpora diſtinguit. Figurat bonā operatōem. Job. xxxi. Si vidi ſolē cū fulgeret. Habet ī ſe manifeſtatōem. q̄a ipe oculus mūdi. Habet etiā claritatē. Habet mutabilitatē. quia orit̄ ſol et occidit. Eccleſiaſtes. i. Feruorē ꝛ exuſtionē. Un̄. Per diē ſol nō vret. Habet agilitatē. lucidi tatē ꝛ īcorruptibilitatē. Scd̄ꝫ oēs iſtoſ modoſ/ poſuit chriſt⁹ ī ſole tabnaculū ſuū. C

### In ſole — D

*In ſole*

Id eſt in virgine clara vt ſol. qn̄ de ea naturā aſſumpſit humanā. ꝛ vtutē verbi dei ſuſceptiuā ſimul et generatiuā eidē indulſit. ſicut dicit damaſcenus.

Id ē in manifeſtatiōe. quando habitu inuentus eſt vt homo. Phil'. ij. Baruch. iij. Poſt hec in terris viſus eſt ꝛc.

Id eſt in tpe/ qn̄ eternus factus eſt tpalis. non relinquēs quod erat. ſꝫ aſſumēs qd̄ prius nō habebat. ſ. carnem.

Id ē ī mutabilitate. q̄a eſurijt Mat. iiij. Fatigat⁹ ē Jo. iiij. Sitijt Jo. ix. Dormiuit

Id ē in exercitatōe. quia exercitauit ſe multipliciter ī bona opatōe pdicans et ſanās infirmos de die et orans de nocte.

Id eſt in agilitate. qn̄ ſup mare ambulauit.

Id ē in luciditate. qn̄ trāſfiguratꝰ eſt. et reſplēduit facies eius vt ſol. Mat. xvij.

Id ē in paſſionis exuſtiōe et feruore. qn̄ ſol in meridiano exiſtēs exurebat terrā Ecci. xliij. i. corpus ꝓpriū ꝛ ipos apl'oſ. Quere li. iij. x. progatiua marie expoſitōeꝫ.

Id ē in incorruptibilitate. qn̄ reſurgens ex mortuis iā nō moritur.

Id ē in eterna claritate. qn̄ in aſcenſiōe eleuatus eſt ſol in celum.

Et nota q̄ hic in trib⁹ verſicul' notanť multa circa chriſtū. Primū/eius incarnatio. E
Vn̄. [In ſole poſuit tabernaculū ſuū] Scd̄m/natiuitas ex vtero. Vn̄ [Et ipe tā
q̄ ſponſus ꝓcedēs de thalamo ſuo.] Terciū/hūilitas paſſiōis. Vn̄. [Exultauit
vt gigas a d currēdā viā.] Quartū/eterna ei⁹ genitura. Vn̄. [A ſummo celo egreſ
ſio eius] Quintū/aſcēſio. Vn̄ [Et occurſus ei⁹.] Sextū/eq̄litas patrꝫ ⁊ filij. Vn̄.
[vſq; ad ſummū ei⁹] Septimū/miſſio ſpūſſcti. Vn̄. [Nec eſt q̄ ſe abſcōdat a ca/
lore eius.]

Secundū tabernaculū vterus ꝟginalis. qui ꝓpꝛijſſime tabernaculū dicť. ſicut ipa F
met dicit. Qui creauit me reqeuit i tabernacl'o meo. Quere expoſitōem paulo ſu
pꝛa. ti. xi. vbi ipa dicť reqes. Et de h̄ tabernacl'o dictū eſt Iſa. xxxiij. [Hoc ē ta/
bernaculū qd̄ nunq̄ poterit trāſferri] .i. ad alios vſus q̄ ipi⁹ filij dei. Et nota q̄
tabernaculū ꝓpꝛie eſt militantiū ⁊ ꝑegrinantiū. Sicut ei miles pugnatur⁹ armať
in tabernacl'o. i. vt armat⁹ exeat ad ꝯflictū. ſic chriſt⁹ cū diabolo pugnatur⁹ ꝓ ſpō/
ſa ſua exheredata. i. eccl'ia. in vtero beate ꝟginis velut in tabernacl'o armaturam
humane carnis ſibi adaptauit. ſicut ipm ex parte generꝫ hūani rogauerat pſalmi/
ſta dicēs. Apphēde arma ⁊ ſcutū. ⁊ exurge i adiutoꝛiū mihi. Et armat⁹ igrediens/
cū diabolo in paſſiōe dimicauit. et ꝑcuſſit eū manu cruci affixa. q̄a ibi abſcōdita
eſt fortitudo ei⁹. Abac. iij. Vn̄ Iob. xxvi. Prudentia ei⁹ ꝑcuſſit ſupbū. Et excuſ/
ſit p̄dam quā diabol⁹ deuoꝛauerat. ſicut caniť in tpe paſcali. Et h̄ ē qd̄ dicit iob in
ꝑſona chriſti. xxix. Cōterebā molas iniq̄. ⁊ de dentib⁹ illi⁹ auferebā p̄dam.

Itē Tabnacl'a ꝑegrināntium ſunt. Nā eni fili⁹ dei. q̄ dicit i p̄s. aduena ego ſū et ꝑe/ G
grinus ſicut oēs patres mei. ꝑegrinat⁹ ē de celo i terrā i incarnatōe. ipa eum ſuſce
pit i tabnacl'o ſuo. Vn̄ dicere p̄t cū iob. xxxi. Foris nō māſit ꝑegrin⁹. hoſtiū meū
viatoꝛi patuit. De h̄ tabnacl'o dꝛ Iſa. iiij. Erit tabernaculū in vmbꝛaculū diei ab
eſtu. et in ſecuritatē. et i abſcōſionē a turbine et a pluuia. [Erit] eni gl'ioſa ꝟgo ſer
uientib⁹ ⁊ amatoꝛib⁹ ſuis in die iudicij [in vmbꝛaculū ab eſtu] .i. ꝯ eſtū illū de quo
dꝛ. ij. pe. vlti. Elemēta caloꝛe ſolueť. Et de q̄ Sopho. i. In igne zeli ei⁹ deuoꝛabiť
oīs terra. [Erit i ſecuritatē a turbine] .i. ꝯtra illū turbinem de q̄ Hiere. xxx. Ecce
turbo dn̄i furoꝛ egrediēs. ꝓcella ruēſ i capite ipioꝝ ꝯqeſcet. Nō auertet irā ⁊c̄. Si
cut eni turbo rapit puluerē et paleā reſiſtere ipotētē. ſic impi⁹ rapietur ad toꝛmē/
ta. Vn̄ Iob. xxvij. Tollet eū vēt⁹ vrēs. et velut turbo rapiet eū ꝺ loco ſuo [Erit]
eni [in abſcōſionē a pluuia] .i. ꝯ pluuiā illā de q̄ Iob. xx. dicit de chriſto et de im/
pio. Pluet ſup eum bellū ſuum.

Itē De h̄ tabnacl'o dꝛ Leui. xxvi. [Ponā tabnaculū meū] .i. mariā [i medio vr̄i. ⁊ H
nō abijciet vos vltra aīa mea] q2 ꝑ eā ꝯſuamur a pctō ꝓpť qd̄ ſolū de⁹ abijcit pec
catoꝛeſ. ¶ Hoc ē tabnaculū veri moyſi. qd̄ oꝛnabať/ꝯſtruebať ⁊ tegebať ꝺ pellib⁹
rubricat'. et iacītinis. ⁊ ſagis cilicinis. et coꝛtinis pulcrificabatur textis ope plu/
mario. i. acuali. quia glorioſa virgo fuit oꝛnata et diſtincta omnimoda pulcritudi
ne virtutū. Unde et dicitur circūamicta varietatib⁹.

Sermo i aſſūptō ne beate marie

Hoc ē tabnaculū federꝫ de q̄ legitur Nūeri. x. Anno ſcd̄o mēſe ſcd̄o viceſima die mē I
ſis eleuata ē nubes de tabernacl'o federis. pfectiq; ſunt filij iſrl' ꝑ turmas ſuas ꝺ
deſ'to ſynai. et reqeuit nubes i ſolitudīe pharan. Maria nubes. Quere lib. xij. ti.
xiij. Que [eleuata ē] i aſſumptōe [de tabnacl'o] coꝛpis. qd̄ hic appellať tabnaculū
federꝫ. q̄a i eo dictatū ē fed⁹ iter deū et hoīem ꝑ m̄rimoniū aſſumpte carnis vl' na
ture hūane. Ibi eni in ſua incarnatōe federauit chriſt⁹ hūanā naturā diuie. Iude
os et gētiles federauit i ſua paſſiōe. fact⁹ ei lapis angularꝫ faciēs vtraq; vnū. Ad
h̄ aūt ꝺſignādū fudit i cruce ſāguinē ⁊ aquā ꝺ latere ſuo. Io. xix. vt federaret p̄ri iu
deos ⁊ gētiles. Antiq̄t⁹ ei i refoꝛmatōe mutue pacꝫ iter gētiles fūdebať ſāguiſ poꝛ
ce. q̄ſi h̄ ipo diceret. Sic effūdať ſāguis illi⁹ q̄ violauerit pacē iſtā. Ad idē. Iudei
volētes cū dn̄o pacificari calicē laticꝫ effūdebāt i terrā. Et i hac effuſiōe ſigbať. q̄
ſicē aq̄ effuſa ad ſuū vaſ n̄ poterat r̄uerti. ſic nec ipi de cet'o reuerterēť ad pctm̄ ſuū.
Et ꝺ iſta aq̄ effuſiōe legiť. i. Regū. vij. Cōuenerūt filij iſrael in maſphat. hauſerūt
q; aquā. et effuderūt i ꝯſpectu dn̄i ⁊c̄. Federauit etiā naturā hūanā diuie/cui ꝓpť

peccatũ ade offenſus erat de⁹. Et nota ꝙ poſt diſcordias duaꝝ partiũ de ꝯſilio R
ſapientũ firmari ſolẽt federa inter partes. Iſti ſapiẽtes pater et filius et ſpũſſan
ctus. Sed h̄ negociũ iniũctũ ẽ filio q̄ eſt ſapiẽtia patris. Amplexus ꝛ oſcula fede
ris iſtius dedit mater filio q̄ſi ex parte nature hũane. et filius ſuſcepit q̄ſi ex parte
diuine. Aug⁹. O felicia oſcula labris lactẽtis impſſa ꝛc̄. Quere libro .ij. ꝑtic'a. ij.
ca. vi. et li. iiij. ti. xxvi. de dulcedine labioꝝ marie. Ligauit etiã mater filio man⁹ in
cunabulis, ne poſſet extẽdere de cetero eas ad feriẽdũ. nec man⁹ habere niſi ad be
neplacitũ nutricꝭ. Sicut pꝫ in puerꝭ q̄ colligant̃ in cunabulis. Et tãta pñs ſup
filiũ dei et ſuũ tũc data ẽ tante matri. De iſto federe multa ſup̄ habuiſti titulo. i.
de archa. vbi dicitur archa federis.
Item. De hoc tabernaculo dicit̃ i pſal. Sãctificauit tabernaculũ ſuũ altiſſim⁹. Que L
re li. iiij. ti. xxviij. de ſctificatõe marie. Iſtud [tabernaculũ] .ſ. corpus ꝛ aĩam mr̃is
ſue [poſuit] chriſt⁹ primo [i ſole] .i. i pulcritudie gr̃e. Scd̃o i aſſumptõe [poſuit]
illud [in ſole] .i. ad dexterã ſuã vt vere credit̃ in eterna claritate. Sol enĩ pulcerri
mus et clariſſimus eſt.
Terciũ tabernaculũ eccl'ia militans. que multipliciter figurat̃ ꝑ illud tabernaculum M
et vaſa illius qđ ꝯpoſuit moyſes in deſerto.
Quartũ eccl'ia triũphãs. Vñ Apoca. xxi. [Ecce tabernaculũ dei cũ homĩb⁊ et habi N
tabit cum eis] qđ pt intelligi euidẽs et manifeſtũ diuitatis cõtuberniũ cũ ſaluatꝭ.
Qđ erit, q̄ñ ſe nobis et nos ſibi diuinitas i celeſti patria ſociabit. Que ſocietas
ſiue cohabitatio nõ erit trãſitoria ſꝫ eterna. vnde ponitur ṽbũ habitãdi. Et h̄ ẽ ta
bernaculũ qđ nunq̄ȝ poterit trãſferri. Iſa. xxxiij. q̄a i eterna felicitate nulla vnq̄ȝ
mutabilitas. Vñ Jaco. i. Apud quẽ nõ ẽ trãſmutatio ꝛc̄.
Quintũ tabernaculũ corpus iuſti. Vñ. ij. Pe. i. Juſtũ abitror q̄ȝdiu ſum in h̄ taber O
naculo [.i. q̄ȝdiu viuo in corpe] ſuſcitare vos in commonitõe. certus ꝙ velox ẽ de
Moralit poſitio tabernacl'i mei. In h̄ tabernacl'o iuſtꝭ pugnãdũ eſt ꝯ triplicẽ hoſtẽ. Et no
ta ꝙ tabernaculũ .ſ. pauellon gallice, extenſum rotundat̃. q̄a caro extenſa ꝑ morti
ficationẽ et penitẽtiã, ad vitã eternã ꝑparat̃. Itẽ tabernaculũ plicatũ oneri ẽ. ſꝫ q̄ñ
extendit̃ tũc in eo manetur et q̄eſcitur. Sic et caro eſt extendẽda. vt ſpũs pauſet ĩ
ea. Qñ autẽ deferendũ ẽ tabernaculũ. tũc complicat̃. q̄a ſi caro modo fuerit ꝯplica
ta cum vicijs ꝛ ꝯcupiſcẽtijs nec extẽſa ſpũalibus exercitijs. diabolus ſũmarius
ſuus deferet eã in infernum.
Sextũ tabernaculũ q̄libet ordinata religio. In tabernacl'o virginis habitauit chri P
ſtus miles fortiſſim⁹. in clauſtrꝭ vt in tabnacul' habitãt ſpũales milites fortes et
expediti. q̄ a diabolo forti⁹ impugnant̃. Numeri. xxiiij. dicit̃ de religiõib⁊. Quaꝫ
pulcra ſunt tabernacl'a tua iacob. tẽtoria tua iſrael. vt valles nemoroſe. ꝛ vt orti iu
xta fluuios irrigui. vt tabnacl'a q̄ fixit dñſ q̄ſi cedri ꝑpe aq̄s. Nota ꝙ ꝑmo i hac au Q
ctoritate põit̃ iacob ꝑ qđ notãt̃ icipiẽtes q̄b⁊ lucta op⁹ ẽ. ꝛ poſtponit̃ iſrl'. qđ nomẽ
ſigt̃ ꝯtẽplatiuos. Aſſig̃ bñ iſtđ. Et ꝯpat tales q̄ttuor reb⁊. ſ. Vallib⁊ nemoroſis ꝑ
mo. ortꝭ irriguis ſcđo. tercio tabnacul' fixis a dño. q̄rto cedris ꝑpe aq̄s. Et đ duo
b⁹ habitacul' h̄ tãgit̃. Priõ đ tabnacul' i q̄b⁊ pug̃t̃. Scđo đ tẽtorijſ i q̄b⁊ ĩ pace q̄
eſcit̃. q̄a nõ niſi ꝑ bellũ venit̃ ad pacẽ. Et h̄ ẽ ꝙ dauid bellicoſus genuit ſalomonẽ
q̄ ĩterp̃tat̃ pacific⁹. Per palaciũ eĩ in thalamũ ĩtrat̃. Et hec duo ĩ clauſtrꝭ ſũt ſũme
neceſſaria. ſ. pugna ꝛ req̄es. Sꝫ q̄a ordiate pugnãdũ ẽ. Pria pugna ꝯ carnalẽ vo
lũtatẽ. Hec fit ꝑ caſtitatẽ et carnis maceratõeꝫ Scđa ꝯ ꝑpriũ ſenſũ. ne ĩnitat̃ q̄s
prudẽtie ſue. Prouer. iij. Tercia ꝯ ꝑpriã volũtatẽ ꝑ obediẽtiã. Jacob eĩ donec lu
ctatus eſt nõ habuit nomẽ iſrael. De hmõi pugnis poteſt multipliciter aſſignari.
Dicit̃ ergo [Vt valles nemoroſe] Vallis humilis eſt, nemus altũ. Hec depſſio ĩ
humilitate, et altitudo in ꝯuerſatõe. Itẽ. Nemus creſcit ſurſũ ſe ꝛ ĩ directũ. Sur
ſum ſe .i. ſup ꝑpriũ ſenſuꝫ et ꝑpam volũtatẽ eundo creſcit iuſtus et celo appropin
quat. et hoc eſt crementũ ſpũale. Itẽ. Creſcit nem⁹ ĩ directũ ſurſũ, nõ ſe reciprocã
do añ vl' retro. a dextrꝭ vl' a ſiniſtrꝭ, ſꝫ ſurſũ ſe. Vñ Treñ. iij. Leuabit ſe ſup̄ ſe. Itẽ
cañ. i. Recti diligũt te. Adapta iuſto ꝑpetates. ſ. ꝙ nem⁹ ſterile. h̄ ĩ ſua reputatõe.

Viride. Erectū. Et hmōi. Sequitꝛ [Vt orti iuxta fluuios irrigui.] Iuſti ꝯpanꝛ R
ortis ꝓpter clauſurā multiplicē.ſ.penitētie ſepē.muros opatōis bone.foſſata pau
ꝑtatis et obſeruātie regularis.plātatōem mltimode virtutis. Quere orto ꝯcluſo.
Sed dicunꝛ hi orti iuxta fluuios irrigui. Nouelle enī plātule ſepiſſime neceſſe ha
bēt irrigari. Fluuij ſunt lacrime.ſermōes.deuotōes.orōes. miſſaꝝ celebratōes.et
huiuſmodi. Et duplex irriguum qꝺ habuit axa. Quere libro .xij.de orto.ꝑticula
.i. verſu.vij.vbi ortus ꝺꝛ irriguꝰ. Sequitꝛ [Vt tabernacła q̄ fixit dn̄s.] In fixio
ne ꝯſtantia animi et pſeuerātia in bono. Et hec duo nō habenꝛ niſi a deo.et ideo ꝑ
tie eiꝰ attribuēda ſunt. Et hoc eſt qꝺ ꝺꝛ[que fixit dn̄s.] Sequitꝛ [Quaſi cedri ꝓ
pe aquas] In cedris q̄ ſunt arbores ꝓcere et odorifere.celſitudo irrephēſibilis vi
te.et odor opiniōis bone. Et talia tabernacła pulcra ſunt ad intuendū et imitan
dum et inhabitandū. et diligunꝛ a deo.angelis.et hominibꝫ. Unde. Quā dilecta
tabernacula tua dn̄e virtutū ⁊c̄.

¶ Maria thalamus ſponſi celeſtis ¶ Titulus xxx.

Thalamus.] De quo in ps̄. [Ipe] .i.chriſtꝰ[tāq̄ ſponſus ꝓcedēs de thala A
mo ſuo] .ſ.vtero virginali.qꝺ fuit in natiuitate. Nō enī ſicut teſtatꝛ beatꝰ
cyrillus alexandrine vrbis epūs.caro chriſti vł corpus thalamꝰ debꝫ intel
ligi.ſed vterꝰ ꝟginis.qꝛ nō ſic creatura in ſocietatē ſui creatoris aſſumpta ē.vt ille
habitatoris ⁊ illa habitacłi teneat locū.ſed vt ita nature due alteri altera vnirenꝛ.
⁊ in tantā ꝯueniāt vnitatē vt vtriuſq̄ diuerſitas vnus idēq̄ ſit filiꝰ. Et huic ſen
tētie plene ꝯſonat gregoriꝰ. Nota ꝙ thalamꝰ dictꝰ ē ex eo ꝙ cū romani ſabinas
rapuiſſent.vna illaꝝ admirabił pulcritudīe iubēte oracło data eſt thalamoni du
ci. Et quoniā he nuptie feliciter ceſſerāt.ideo inſtitutū ē vt loca nuptiantiū thala
mi dicerenꝛ. Thalamos etiā noīant egiptij.vbi collocanꝛ cubilia nuptiantiū. Bene
ꝑ maria ꝺꝛ thalamus. quia in vtero eiꝰ dei filiꝰ hūane nature tāq̄ ſponſus ſponſe
abſq̄ feditate et immūdicia copulatus eſt. Joh̄.iij.dicit Johēs baptiſta. Qui ha
bet ſpōſam ſpōſus ē. Et ꝺꝛ chriſtus a ſpōdendo.q̄a ſepiſſime ꝓmiſſus fuit in lege
⁊ ꝓphetis. Et eſt hic magna ⁊ ꝯueniēs ſilitudo ſacramēti.i.ſigni et ſignati.qꝛ ad
hoc de virgine natus ē.vt ſignificaret ꝙ ecclīam virginē ſibi copularet. Vn̄ apłs
ij. Choꝝ.xi. Deſpōdi vos vni viro virginē caſtā exhibere chriſto ⁊c̄. Itē de chri
ſto et de vtero virginali ꝺꝛ Deutero.xxxiij.[Beniamin amātiſſimꝰ dn̄i.q̄ſi in tha
lamo tota die morabitꝛ.] Beniamin interꝑtatꝛ filiꝰ dexꝫ.vł filius virtutꝭ.ſeu filiꝰ
amaritudīs. Quia chriſtꝰ filius ē dei patris in die eternitatis. Itē. Filiꝰ ꝟtutis.
q̄a eſt virtus dei et ſapīa. Et in die tp̄is filius eſt amaritudīs.i. marie. q̄ interꝑtatꝛ
mare amarū.[Tota die] .i.toto tp̄e debito ad pariēdū. Lu.ij.dicitꝛ de maria. Im
pleti ſunt dies eius vt pareret. [Morabitꝛ] Chriſtus enī libenter ī ſacrario huiꝰ
thalami hoſpitabatꝛ.quia ibi in pace factus ē locus eiꝰ. Ad qꝺ deſignandū in ꝑſo
na eius dicit philo. Sap.viij.[In vētre mr̄is decē mēſiū tp̄e coagulatus ſū. ꝯpu
tato martio cū decēbri.vt pars in toto vł totū ītelligatꝛ in parte. Dicitur ꝑ maria B
thalamus. Ideo notādū ꝙ qn̄ reges et magnates edificāt ſibi domos ⁊ māſio
nes.maiori ſtudio et cultiori ſcemate edificāt ꝓprios thalamos .et ex ꝑte melioꝝ
et purioris aeris.et a ꝑte viridarioꝝ vbi ꝯcinūt aues.ſpirāt aromata.fragrāt ſua
uiter flores.virēt herbe.fructificāt arbores.ꝑflat auſter.apparet prius ſol q̄ꝫ cete
ras partes domus. Sic ⁊ chriſtus fecit. Vn̄ et de throno q̄ idem ē qꝺ ille thala
mus.dicitꝛ.iij. Regū.x. Nō eſt factū tale opus ī vniuerſis regnis. Nec aliūꝫ adhi
buit architectū ſicut ceteri magnates q̄ꝫ ſeipm̄. Vn̄ ꝓuer.ix.[Sapiētia edificauit
ſibi domū.]in q̄ ꝯſtructus eſt hic thalamus ope ſpūſſancti q̄ ē omniū artifex. Sa
piētie.vij. Nec ſunt diuerſi artifices chriſtus et ſpūſſctūs.q̄a opa trinitatꝭ ad ex
tra inſepabilia ſunt. Et ī h̄ thalamo diſpoſitus fuit lectulus floridus Cān.i. In
q̄ chriſtus caput diuinitatis.de q̄ dicit ſpōſa Cāti.v.caput dilecti mei auꝝ optimū.
reclinauit.qn̄ exinaniuit ſe formā ſerui accipiēs. Phił.ij. Quia ibi in pace factꝰ ē
locꝰ eius. ¶ Itē notandū ꝙ triplex ē thalamꝰ. Interior. Exterior. Supior. Tha C
lamus interior mens virgis.quā tota trinitas inhabitauit. q̄a ibi lectulꝰ floridꝰ

Cyrillus alexādrie vrbiſ ep̄s

vt dictū eſt. Unde qdam gloſa dicit ſup p̄s. Celi ſupra ſe habēt illū. que hūiles in pectore ſecū habēt. Thalamꝰ exterior de quo erit in domū. vterꝰ virginal̄ p quē venit deus in mundū. Thalamus ſupior vita beata. i q maria iā amplexata a ſpōſo dicit illud Cañ. ij. Leua eiꝰ ſub capite meo. et dextera illiꝰ amplexabit me. Et ita in aſſumptōe aſcēdit thalamꝰ in thalamū. ſ. interior ⁊ exterior in ſupiorē. Nam aſſumptā ſimul cū corpe credūt eam fideles vniuerſi. licȝ h̄ nō aſſerat.

¶ Fuit iſte thalamus D

Pulcre diſpoſitus ] Quia habuit qſi duos parietes ſeſe e regiōe reſpiciētes. ſ. v͛ginitatem ⁊ maternitatē. De qb⁹ dr̄ Eccī. xiiij. de ſeruo marie. ] In parietib⁹ eiꝰ figēs palū. h̄ eſt affectū. Habuit pfundū hūilitatis. longū fidei. altū ſpei. et latū charitatis. Habuit hoſtiū ab oriente. p qd̄ igreſſus ē verꝰ oriens q nos viſitauit ex alto. De quo hoſtio dicit Cañ. v. Peſſulū hoſtij mei aperui dilecto meo. Quere expoſitōem. xij. li. qnta particl'a. orti ꝯcluſi. ti. xiiij. vbi chriſtꝰ dr̄ ros. Itē. De h̄ hoſtio dicit Gene. vi. Hoſtiū arche pones in latere deorſū. Per h̄ hoſtiū intrauit filiꝰ dei veniēs viſitare nos. et ſignat virginitatē eiꝰ tam mētis q̄ȝ carnis. q̄re dr̄ fuiſſe in latere deorſum. Itē. Habuit feneſtrā criſtallinā quā noe fecit in archa ſm q tradūt hebrei. Et ſimiliter ſignat eiꝰ virginitatē q excludebat aquā carnaliū voluptatū in q̄ntum feneſtra. et ſuſcipiebat lucē verā inq̄ntū criſtallina. Hāc aūt feneſtrā habuit qſi ab auſtro q ſignat charitatē. quoniā mera charitas ipm fecit aſſumere carnē noſtrā. Abac. iij. Deꝰ ab auſtro veniet ⁊c̄. Quere infra ti. xxxix. q maria feneſtra. Fuit etiā clauſus ab occidēte. quia nunq̄ȝ p pctm̄ occidit ei ſol iuſticie. Clauſus etiā ab aqlone a q pandit omne malū. Hiere. i. qa nihil coinquinatū aut nociuū in ipſum potuit ſubintrare.

¶ Subtiliter excogitatus ] Quia a ſpūſancto qui deſcribit ſubtilis. et capiēs omnes ſpiritus intelligibiles. Sap. vij. E

¶ Fabre cōpoſitus ] i. artificioſe. qa eius artifex et conditor deus. Hebre. xi. Ipm etiam opata eſt ſapiētia dei. que eſt omniū artifex. Sap. vij.

Iſidorꝰ ¶ Venerabiliter cameratus ] gallice. chamberillie. Sunt enī camere ſm iſidor̄ volumina introrſum reſpiciētia. appellata a curuo. camur enī grece curuū latine. Talis autē camera teſtudo dicit ppter obliqtatē. Sic enī veteres tēplor̄ tecta faciebant vt imaginē celi redderēt qd̄ conſtat eſſe ꝯuexum. Et ſm hūc modū fieri ſolēt ciboria eccliar̄. Solet autē tal' teſtudo habere quoſdā arcꝰ ligneos. tenues. graciles. longos et depictos. et arta ꝯcluſione curuatos.

¶ Pulcre depictus ] Picture enī huiꝰ thalami figurate fuerūt. iij. Regū. vi. vbi legit. q rex ſalomon oēs parietes tēpli p circuitū ſculpſit varijs celaturis et torno. ⁊ fecit in eis cherubin et palmas et picturas varias qſi pminentes. et qſi de pariete egrediētes. Pictor aūt huiꝰ thalami ſpūſſctūs. de quo dr̄ Eccī. xxxviij. q aſſiduitas eiꝰ variat picturā. Cor ſuū dabit in ſilitudinē picture. ⁊ vigilia ſua pficit opꝰ.

¶ Varijſq̄ȝ colorib⁹ apte diſtinctꝰ ] videlicȝ Cādidulo virginitatis. Viridi ppetue ſācitatis. Auro pcioſiſſime charitatꝭ. Lazurino volūtarie paupertatis. Saphirino celeſtis ꝯuerſatōis. Jacintino ꝯtemplatōis. Liliaceo innocētiſſime puritatꝭ. Roſeo v͛ecundie v͛ginalis. Liuido ꝯpaſſiōis. Minio martyrij ſpiritalis. Sinoplide patiētie ſingularis. Croceo angelice aſſimilatōis. Nigredulo hūilitatꝭ. Pallidulo mortificatōis. Rutilo ſapientie celeſtꝭ. Purpureo regie dignitatꝭ. Marmoreo varietatis omniū virtutū gratiar̄ et donor̄. F

¶ Formis et imaginib⁹ decoratꝰ ] Habuit enī qſi imagines angelor̄ p ꝯcordiā ⁊ oīmodā puritatē. Patriarchar̄. p fidem et ſpem. Prophetar̄. p ſcientiā de futuris. Apoſtolorū p zelū. Martyrū p patientiā. Confeſſor̄ p tpantiā. Virginū p hūilitatē et innocentiā. Omniū ſctōr̄ p iuſticiā et virtutē omnimodā.

¶ Grandis ] Ad ſuſcipiēdū illū q replet celū et terrā. Hiere. xxiij. Et q eſt rex magnꝰ ſup omnes deos. Ideo ſignatꝰ eſt p thronū grandē quē ſibi fecit rex ſalomon ex ebore et auro. Quere ſupra titulo. ij. de throno.

¶ Et excelſus. ] Quia ab oīni terrenitate remotiſſimꝰ et celo ppinqſſimꝰ. Quere lib. B

xij.ꝑticula.i.verſu.v.orti concluſi.vbi dr altus. Propter h̄ figurata fuit maria per
illā reginā q̄ venit a finib⁊ terre audire ſapientiā ſalomonis.iij.Regū.x.
Multoꝗ decore venuſtus] Nō eſt enī factū tale opus in vniuerſis regnis.iij.Re/
gū.x.ſ.celeſtiū.terreſtriū.et infernoꝝ.
Clauſus] Concluſit enī dn̄s hūc thalamū tā diligenter vt draconē ꝑuigilē oīno la
teret.et leonē rugientē longe a ſe excluderet.⁊ nec vna q̄dem pateret rimula q̄ poſ/
ſet introſpicere ſubtil' aſtutia inimici. Fuit etiā ꝯcluſus hūano intellectui. quia ſi
cut dr Eccī.xxiiij.[ Infirmior ]illo rege.ſ.nato d̄ dauid[ nō inueſtigabit eū ] Que
re lib.xij.particl'a.i.ꝟſu primo orti cōcluſi. Hunc enī thalamū clauſit ille q̄ hab;
clauē dauid.q̄ claudit et nemo aperit.Apoca.iij.
Signatus ]ſigillo vł' ſignaculo ꝟginitatis.q2 ipſe erat ſecretū dn̄i.de quo ipſe ꝑdi/ D
xerat Iſa.xxiiij.[ Secretū meū mihi.ſecretū meū mihi ] Bis autē dicit [ Secretū
meū mihi ]q2 a cogitatōib⁊ et opib⁊ virginis.et interna pulcritudīe virtutū ſuaꝝ
ḡtiarū et donoꝝ./mediāte ſigillo ꝟginitatis./excluſus eſt oīno diabol⁹. ſicut ꝑ ſi/
gillū a ſecretis excludūt q̄ nō ſūt amici. Quere li.xij.particl'a.i.ꝟſu ſcd̄o orti ꝯcluſi
Firmatus fortiter ]claue.clauo.et peſſulo. De claue et clauo q̄re li.xij.ꝑticl'a.i. ver
ſu ꝑmo orti ꝯcluſi. De peſſulo q̄re libro.xij.particl'a.v.ti.xiiij.orti ꝯcluſi .vbi agit̄
de roze. Firmauit enī thalamū tota beata trinitas.quia patris potētia muniuit eū

Fuit iſte thalam⁹

ꝯtra diaboli violentiā. Sapīa filij ꝯ diaboli fraudulentiā. Bonitas ſpūſſcti ꝯtra
eiuſdem diaboli maliciā. Quere libro.xij .ꝑticl'a.i.ꝟſu ꝑmo orti ꝯcluſi.vbi ort⁹ di/
citur concluſus.
Armis ſeptus et armat⁹.] In eo ſiq̄dem ꝯtinebat̄ lectul⁹ floridus veri ſalomōis .d̄
quo legit̄ Canti.iij. Quere ſup̄ ti.x.de lectulo . Ibidē etiā inuenies de armaturis
angeloꝝ. Infra titulo.xxxi .de domo ſaltus libani.cui⁹ pars ſupior dicebat̄ ar/
maria./de eodem reperies.
Clariſſimus ] Non enī poterat nō eſſe clariſſim⁹.cū totū fontē luminis.totū ſolē iu
ſticie intra ſe cōtineret. Joſue.x.[ Stetit ſol ].i.chriſtus [in medio celi.i. ꝟginalis
vteri. De⁹ ei q̄ ipm ſeipo vſq3q̄ꝗ repleuerat lux ē.⁊ tenebre ī eo n̄ ſūt vlle.i.Joh.i.
Immaculat⁹ ] Vn̄ dr marie Cañ.iiij. Tota pulcra es amica mea. ⁊ macl'a nō ē in I
te. Sap̄.vij. Nihil inq̄natū incurrit ī illā. Apo.xxi. [ Nō intrabit in eā aliq̄d coin
q̄natū ]in cogitatōe[ et faciens abominatōēs ]in opatōe[ et mēdaciū ]in locutiōe.
Pacificus ] Quia in ſuo ingreſſu dixerat dn̄s . Pax huic domui. Et Aggei.ij. In
loco iſto dabo pacē. Et ideo ibi in pace fact⁹ eſt loc⁹ eius.ſ.chriſti. Nihil enim ibi
fuit ꝯtradictōis aut rebelliōis inter carnē et ſpiritū.ratōem et ſenſualitatē. Q̄d ꝑ
ſignatū fuerat in archa noe .vbi oīa aīalia pacifica. Et huic thalamo videt̄ ꝑdixiſ
ſe ꝑs.de chriſto. Qui poſuit fines tuos pacē ⁊c̄. Propter h̄ dictū ē Deute.xxxiij.d̄
beniamin ī figura chriſti.[ Beniamin amātiſſim⁹ dn̄i. q̄ſi ī thalamo tota die mo
rabitur.]vt ſupra.
Redolens ] Quia ꝯtinebat oēs aromaticas ſpecies.et vniuerſa ꝑma vnguēta.⁊ vni
uerſum puluerē pigmētarij.veluti ſpūſſancti ſpecialiſſima apotheca. Aliter. Re/
dolētia huius thalami ꝟginal' hūilitas q̄ ad mentē. Humillima ꝟginitas q̄ ad
carnē. Et ꝑ iſta duo ad ſe attraxit vnigenitū dei. Qui et in vtero ei⁹ odorē virgita
tis.et in mente eius odorē hūilitatis repiens.et his odorib⁊ odorē ſue diuinitat̄
admiſcens.hūc thalamū ineffabiliter pigmentauit.
Fragrans ] Singule enī ꝟtutes ſingulas reddebāt fragrātias. Propter h̄ de ipſa q̄ K
runt angeli Cañ.iij. Que ē iſta q̄ aſcēdit ꝑ deſertū ſicut virgula fumi ex aromatib⁊
mirre et thuris et vniuerſi puluer̄ pigmētarij. Quere.xij.lib.iij. ꝑticl'a orti ꝯclu/
ſi.ꝑmo capitulo.et bn̄ expoſitū inuenies. Itē. Ratōe tāte fragrātie ꝯpat ipſa ſe Ec
cleſiaſtici.xxiiij.aromatic̄ arborib⁊.cedro .cypſſo.cinnamomo.balſamo.mirre ele/
cte.ſtoraci.galbano.balſamo.et hm̄oī. Et cañ.iiij.cipro.nardo.croco.⁊ hm̄oī. Itē
Hac eadem rōe cōparat̄ domui ſalt⁹ libani. iij. Regū.vij.cui⁹ pars inferior dice/
bat̄ pigmētaria .q2 pigmenta regia ꝯtinebat.
Et delicioſus ] Vn̄ ⁊ dr delicijs affluēs Cañ.viij. Quere hāc ꝓpetatē.xij.li.i.ꝑticl'a

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

xi. verſu orti ↄcluſi. Propter h̄ etiā decantat eccl'ia beate marie. Specioſa facta es et ſuauis in delicijs tuis ꝛc.

